# ACVTISSIMI,

# ac religioſiſſimi patris fratris Franciſci Ortiz, ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, almæ prouinciæ Caſtellæ, omnium prædicantium facilè ſuo tempore monarchæ: de Ornatu animæ liber vnicus.

M. D. XLIX.

*Cum Priuilegio.*

¶ Es la taſſa deſte libro real y medio, y fue moderada por los muy poderoſos ſeñores del conſejo real de ſu Mageſtad.

U. DE GRANADA

del collegio de la compañia de Jesus de Granada
B-5181

# ACVTISSIMI, ac religioſiſſimi patris fratris Franciſci Ortiz, ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, almæ prouinciæ Caſtellæ, omnium prædicantium facilè ſuo tempore monarchæ: de Ornatu animæ liber vnicus.

M. D. XLIX.

*Cum Priuilegio.*

¶ Es la taſſa deſte libro real y medio, y fue moderada por los muy poderoſos ſeñores del conſejo real de ſu Mageſtad.

BIBLIOTECA ... U.I. DE GRANADA

## El Principe.

Por quanto por parte de vos Juan Ortiz vezino dela ciudad de Toledo me fue fecha relacion que fray Francisco Ortiz vueſtro hermano al tiempo d ſu fin y muerte dexo eſcritos y cōpueſtos dos libros intitulados el vno dellos d Ornamentis animę: ⁊ el otro Quadrageſimale ſobre el pſalmo Miſerere mei de⁹: muy vtiles y prouechoſos aſſi para auiſo de predicadores como para otras perſonas, ſuplicando me vos dieſſe licencia y facultad para que los pudieſſedes imprimir prohibiendo que por tiempo d diez años no los pudieſſe otra perſona vender ni imprimir los, ſin vueſtro poder o como la mi merced fueſſe. E porquanto yo mande ver ⁊ examinar las dichas obras y pareſcian ſer vtiles y prouechoſas tuuelo por biē. Por ende por la preſente doy licencia y facultad a vos el dicho Juan Ortiz para que vos, o quiē vueſtro poder tuuiere, podays imprimir y vender las dichas obras y libros que de ſuſo ſe haze mencīō por tiempo de ocho años primeros ſiguientes que corran, y ſe cuenten deſdel dia d la fecha deſta mi cedula en adelante con que no los podays vender ni vendays haſta que los traigays impreſſos al nueſtro conſejo, ⁊ eñl viſtos ſe taſe lo que por ellos ouierdes de auer durante el dicho tiempo, mando y defiendo q̄ otra perſona ni perſonas algunas no los puedan imprimir ni vender ſo pena que ſi los vendieren o imprierē ayan perdido y pierdan todos ⁊ qualeſquier volumines ⁊ libros que vuieren vendido y eſtuuieren para vender en los dichos nueſtros reynos y ſeñorios, ⁊ mādo a los del nueſtro conſejo, Preſidentes ⁊ oydores de las nueſtras audiencias Alcaldes, Alguaziles dela nueſtra caſa, corte, ⁊ Chancillerias, ⁊ a todos los Corregidores, Aſſiſtēte Gouernadores, Alcaldes ⁊ otros Juezes ⁊ Juſticias qualeſquier de todas las Ciudades, villas, ⁊ lugares delos nueſtros reynos ⁊ ſeñorios ⁊ a cada vno ⁊ a qualeſquier dellos en ſus lugares ⁊ juridiciones: que vos guarden ⁊ cumplan ⁊ executen eſta mi cedula ⁊ todo lo en ella contenido, ⁊ contra el tenor ⁊ forma dello no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en tiempo alguno ni por alguna manera, ſo pena de la nueſtra merced ⁊ de diez mill marauedis para la nueſtra camara. Fecha en Madrid a .xxj. dias del mes de Mayo. Año de mill ⁊ quinientos ⁊ quarenta ⁊ ſiete años.

Yo el Principe.

Por mandado de ſu Alteza.
Franciſco de Ledeſma.

# EPISTOLA ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO PRAESVLI ET DOMINO DOMINO IOANNI SVAREZ DE CARVAIAL

Epiſcopo Lucenſi, Regis conſiliario, & Sacræ ſedis Apoſtolicæ Commiſſario generali, Ioannes Brocarius Complutenſis Typographus.

Salutem in eo qui eſt vera ſalus.

PRAECEPTVM FVERAT Moyſi Reuerendiſſime præſul, ut faceret ueſtem Aaron fratri ſuo, qua cum ſanctificatus miniſtraret altiſſimo. Nec minus parabolam regis, ad nuptias inuitantis Chriſtus enarrans, oſtendit qua ueſte in uniuerſum nos Chriſtianos eius miniſtros indui conueniat: nec permittit aliquem inter cōuiuas ſedere, niſi ueſte nuptiali fuerit ornatus, niſi præcepta Domini ſeruauerit, & opera quæ complentur ex Euangelica lege fuerit aſſecutus. His ſanctificati, ut Aaron, præcepta Domini ſeruabimus: his etiam (ut decet conuiuas) inſigniti, tanquā ueſte candida refulgentes, ad cœleſtes nuptias & æterna gaudia paſſim inuitati intromittimur ſecuri. Rex nanq; optimus maximus intima ductus pietate, omnes & quoſcunq; ad cōuiuia uocat. Venite (inquit) ad me omnes, nec aliquem reijcit: uult tamen neminem indignum admitti, nec eſſe quenquam adeo temerarium, ut propria uirtute ſubnixus, & ſibi fidens nō curet ueſtimenta candida. Decet enim omnes ad conuiuia uenientes ueſtibus ſplendere ornatiſſimis, quæ mundæ ſint, nō ſordidæ, nec aliqua diuerſitate notabiles. Iſtud perpendens admodum reuerendus pater Frater Franciſcus Ortiz ordinis minorum obſeruantiſſimus, uita integerrimus, & religionis unicum exemplar, poſt longas uigilias aſſiduam indefeſſamq; lectionem, miro quodam ordine ueſtimenta quibus ad agni nuptias ornati tenemur diſpoſuit, & uelut

Exod. xxviij.

Matthæ. xxij.

ingenioſus artifex, ac ſpiritu ardentiſsimus ueſtem contexuit fortem,
firmam, ſplendidam, & preſulgentem, qua cum induti ad nuptias
agni (perfecta inquam gaudia & nunquam interitura) ad re poſsi=
mus ornati, opulenter conuiuari & abſq; timore ullo in regia menſa ſe
dere. Ductus ad eam rem bonus pater & pietatis ſectator indeffeſſus fra
tris ſui Ioannis Ortiz precibus, & chriſtiana charitate, qua impenſiſsi
me in omnes mouebatur impulſus: ſumpta ut ipſe fatetur occaſione ex
Hiere. cap. ij. hyſtoria beatiſsimæ Agnetis & ex uerbis Hieremiæ ornatum depingit,
quo cum anima Chriſto deſponſata in ergaſtulo noſtri corporis detenta
debeat ornari, ut poſtea in regno cœlorũ cum fuerit ad nuptias admiſſa
integra fruitione potiatur. Opus concionatoribus maxime ſuſpicien-
dum: quia cũ ipſe uiuens uelut lucerna in candelabro poſita excelluerit
doctrina, in quotidianis confabulationibus diuinum redolebat eloquiũ,
adeo ut audientium animos reficeret omnino, traheretq; ad cœleſtium cõ
templationẽ. In ſtudijs aſſiduus, lectioni deditus, & a tenera uſq; pueri
tia inter literas & ſtudia accuratiſsime uerſatus. Etſi liberet eius enco=
mium exordiri, geſta, uirum integrum, inuiolatamq; religionem ex
tollere, ingens uolumen conficeremus. Sat eſt dixiſſe ipſum a primis an
nis in alma Complutenſi ſchola fuiſſe edoctum & in omni diſciplina=
rum genere culmen attigiſſe, in ſacris potiſſimũ literis. Inde ad ſanctiſsi
mi patris noſtri ſancti Franciſci regulam tranſlatus, in ſtrictiſsima obſer
uantia tandiu uerſatus, & inter egregios huius ſæculi Chriſti concio=
natores, ut omnium beneuolo dixerim conſenſu, princeps habitus, tandẽ
a negocijs & omni cura mundana ſemotus, per lõgos annos in cœnobio
matris dei de Tordelaguna a ſeculari turba ſemotus deo uacans ſacram
paginã euoluit omnino, & authores uerſabat intente, ſic ut eorũ doctri
nã uerbis exprimeret, & exẽplo ac uitæ ſanctimonia corroboraret, &
ex probatiſſimis autoribus, ſacris inquam eccleſiæ doctoribus ſelectiſsi-
ma quædã in ſtudioſorũ utilitatẽ ſumma cum uigilantia elaboraret, in
omnibus ſenſu miſtico diſcurrẽs, & moraliter inſtruens lectores. Poſsu
mus in ea re ex diſpoſitione & ornamentorũ ſerie coniecturã ſumere.
Camiſiam quæ nobis omnibus adhæret, & omnium indumentorum
prima eſt, animæ Chriſto deſponſatæ applicat: perquam fides preſigna=



tur: Deinde Faſciam apponit, qua cum camiſiam adſtringat pectoris, ut
attente quæ ad fidẽ agunt ſeruemus in corde, & conſiderate tracte=
mus in mente: induit poſtmodum tunicam auro textam, qua cum chari
tatem prefigurat uirtutum principem, quæ regiam oſtendit animam:
Cingulo deinde corpus adſtringit, perquem oſtendit, caſtitatem uirtutem
puriſſimam omnibus eſſe neceſſariam: præcipit nanq; deus ut lumbi noſ Luc. XII.
tri precincti ſint, ac perinde uniuerſum populum ſibi electum accinctum
eſſe iuſsit. Pedibus etiam calceos accommodat, quibuſcum rerum mun=
danarum contemptum oſtendit: decet enim Chriſti ſeruos pedes habere
calciatos, hoc eſt ſupreſſa mundana omnia. Calceis ſandalia adijcit, per
quæ mentis eleuationem ſignificari uoluit: ut per eam ex terrenis ſublati
inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciantur: & ex uiſibi Ad Rom. I.
libus his ad inuiſibilia & æterna dei rapiamur. Duobus ornamentis
reticulo ſcilicet & uelamine caput circumuoluit, perquæ prudentiam
ſimplicitati adiungit, ut ex Euangelica doctrina ſerpentum prudentiam Matthæ. X.
columbarum ſimplicitati adnectamus. Proſpiciens omnibus in rebus,
ne cætera ornamenta iniuria aliqua temporis, aduerſitatum inquam,
& tribulationum tinea aut erugine aliqua, corrodantur pallium ſuper
ponit: quo cum patientiam & tolerantiam depingit. Tegit etiam &
pallium, ac perinde totum corpus cum umbella, per quam cuſtodia, &
protectio dei nobis datur intelligi, qua cum grandines & tempeſtatum
procellæ retunduntur. In omnibus ſponſam condecorare uolens inaures
& murenulas affigit, quibus cum docet, fideli obedientia inclinatos eſſe
debere ad Chriſti mandata exequenda: ponitq; duas, ut in duobus manda
tis ſummam fidei cognoſcamus. Nil omittens eorum quæ ad perfectũ
attinent ornatum: collo torquem precioſis lapidibus ſculptam inijcit, ut
per eam paſſionum & tormentorũ Chriſti memoriam recolamus, &
beneficiorum, ac miſerationum diuinarum perpendamus magnitudinẽ.
Sunt & alia ſeptem ornamenta ualde neceſſaria, quæ lubens omitto, ne
aures obtundam amplitudini tuæ, in quibus lectores licet diuagari: ubi
& ſpatioſum campum inuenient omnigena eruditione & pietate re=
refertiſſimum, Superſunt & alia monumenta, perquam ſuſpiciende preſ
ſul, eximij huius uiri, deſiderata admodum, & Chriſtiano ac erudito

# EPISTOLA

lectori maxime exoptanda, quæ deo auſpice dabimus in lucem. In præſentiarum magna cum uigilantia feſtinamus in cudendis homilijs ſuper pſalmum quinquageſimum, quem ipſe partitus in conciones quotidianas a dominica quinquageſimæ, uſq; ad feriam quartam poſt dominicam reſurrectiõis proſequitur: & uelut ſtrenuus athleta, milesq; fortiſſimus Chriſti per integram quadrageſimam aduerſus inimicum generis humani deteſtabilem fortiter dimicans, tum lacrimis, & penitentia, tum precibus & oratione, tum etiam diuini eloquij ſacra concione pie inſtruit, increpat uehementer, docet etiã ſuauiter, & ſublimi ſermone exponit Chriſti uiã. Sed quid in ea re moror? Cæterum nos curã adhibuimus ut in cudendo utroq; uolumine, quæ ad operis integritatẽ attinent adiungerentur neceſſaria. Capitulorũ inquam diuiſionẽ in hoc precipue uolumine Ornamentorum ordine ſegregatã, & titulos unicuiq; Ornamento maxime conducentes, & ſummam dicendorum complectentes ductu & opera eminentiſſimi Doctoris in Complutenſi ſchola Theologiã profitentis ſuperaddenda cenſuimus: digeſſimus etiam & aliena opera iuuante alphabeticam tabulam omnium quæ in hoc opere tractantur & annotatu digna uiſa ſunt, cui etiam conſarcinauimus autoritates quas ex ſacris literis comodato paſſim adducit. Iſtud dicauimus Illuſtri ac Reuerendiſſimæ dominationi tuæ, ut & bono omine prodeat in lucem, ac tanti uiri & religionis cultuſq; diuini feruentiſſimi patris autoritate fulcitus libere poßit ubiq; tractari. Chriſtus optimus max. te ſeruet Preſul ampliß. in quo feliciter ualeas.

# IN AVTOREM

δεκάστιχον.

Egregius uitæ candor, facundaq; Suada,
Atq; ingens pariter, ſacra Sophia, decus:
Ornarunt olim te, Ortiſi maxime, poſtq;
Fecere ut peteret ſpiritus aſtra tuus.
Ne tamen hic ullo nobis in tempore deſis:
Quæ tibi præcipue cura paterna fuit.
Ornamenta quidem nobis pretioſa relinquis:
Splendentes gemmas, rara metalla ſimul.
Quis nos ornantes ſordes uitare queamus:
Et digni æthereis ſimus adeſſe thoris.

## ¶ CARMEN PHALEVTICVM IN COMMENDATIONEM OPERIS.

Regis qui cupis intereße menſis,
Cum nato ſacra feſta nuptiarum
Fient, ne patris increpatus inde
Verbo terribili traharis, atq;
Ignes in ſtygios cadas, quod inter
Conuiuas fueris ſacros repertus
Pannoſus, lacer, atq; ſordidatus:
Hoc armariolum tibi paretur:
Veſtes hinc uarias licebit: atq;
Aurum promere, ſplendidos lapillos:
Bacchas inuenies, ſtolamq; primam,
Gemmas præterea, annulos decoros,
Mundum (uis breuiter loquamur) omnem?
His te nobilibus, decentibusq;
Ornatum tunicis, lapillo, & auro,
Fragrantem caſiæ, atq; odore mirrhæ
Vt rex uiderit: & tuo decore
Fiet protinus, atq; amore captus,
A dextrisq; ſuis locabit: ut dein
Diuum perpetuo fruare menſis.

# INDEX

## FRATER MARTINVS DE LILIO MINORITA SACRAE THEOLOGIAE ALVMNVS STVDIOSO LECTORI.

HABES optime Lector opus egregium, diu expectatum, fœturam naſcentem, nempe tractatum de animæ ornatu ab religioſißimo & non ſatis laudato uiro, ac doctiſſimo patre, fratre FRANCISCO ORTISIO. Extant & alia quam plura opera eiuſdem authoris (quorum index in Homilijs quadrageſimæ quæ nunc excuduntur ponetur) quæ non tibi minus grata erũt quam proficua. Acceßit & Index per me elaboratus tam materierum, quam ſcripturæ authoritatum, ac capitum, cum erratis, quæ pauca ſunt & facile uel ab hallucinante deuitari poterunt. Extant & alia opera R. P. F. Antonij Cordubenſis (in Cæſareo conuentu Toletano nunc Preſulis) quæ legere: & ex eis quam plura, uel optime digeſta, uel ſubtiliter elucidata, inuenire non dedignaberis.

## INDEX CAPITVM.

### CAPVT I.

CAMISIA ſeu linthea ſubucula ſignificat Fidem. fo.ij.
II. Faſcia pectoralis ſignificat attentam cuſtodiam & conſiderationem circa Fidem. fo.vij.
III. Tunica ſeu Ciclas ſignificat Charitatem. fo.xiij.
IIII. Cingulum ſeu Baltheus ſignificat Caſtitatem. fo.xxv.
V. Calcei ſignificant contemptum mundi. fo.xxxiij.
VI. Sandalium ſignificat eleuationem mentis in Deum. fo.xxxvi.
VII. Mitra ſeu reticulũ ſignificat prudentiã ſeu diſcretionẽ. fo.xxxvij
VIII. Velamen ſignificat ſimplicitatem columbinam. fo.xxxviij.

CAPITVM.

IX. Pallium ſignificat patientiam ſeu tollerantiam. fo.xli.
X. Vmbella ſignifica t cuſtodiam & protectionem Dei. fo.xliij.
XI. Inaures ſiue duæ murenulæ aureæ ſignificant obedientiã. fo.xlv.
XII. Torques precioſiſſima colli ſignificat memoriam omnium penalitatum Chriſti. fo.xlviij.
XIII. Dextrocheria ſeu armillæ ſignificant ſolicitudinẽ operandi. fo.li.
XIIII. Quatuor annuli digitorum. Annulus indicis ſignificat ſignaculum ſecretorum. Annulus digiti medij ſignificat maioritatem & eminentiam. Annulus digiti cordis ſignificat fidelitatem animæ ſeruandam Chriſto. Annulus digiti auricularis ſignificat fidelitatem etiam in minimis. fo.liij.
XV. Manicæ ſignificant occultationem bonorum operum maxime ſupererogationis. fo.lviij.
XVI. Corona ſignificat humilitatem. fo.lix.
XVII. Signum faciei ſignificat lumen rationis. fo.lxij.
XVIII. Munditiæ ſignificant ſanguinem CHRISTI & eius paßionem. folio.lxiij.
XIX. Speculum ſignificat memoriam uitæ Ieſu Chriſti redemptoris noſtri & puriſſimæ Mariæ matris eius & omnium ſanctorum. folio.lxv.

FINIS INDICIS CAPITVM.

# INDEX MATERIERVM.

ABbas Serenus ab angelo in ſomnis eunuchizatus. fo.xxxij. pagina.ij.in medio.
Abraham currere ad armentum quid ſignificet. fol. lij. pag.i.in medio.
Abrahæ obedientia remuneratur. fol. xlvi. in fine.
Abrahæ protector deus & eius merces magna nimis. fol.xlvij.pag.ij.circa finem.
Abraham ſignificat fidem. fo.ij.pag.ij.in fine.
Aciculæ duæ ſunt beneficentia & communio, fol.xl.pagina.i.circa finem.
Agnes filium præfecti precioſa ornamenta offerentem contemnit, fo.i.pag.i.in fine.
Agnes habet uniuerſos ordines angelorum animæ adiutores. fo.l.pag.i.circa medium.
Aliud eſt fidem habere, aliud fidem animæ uiſceribus adherere per ſui diligentem & attentam conſiderationem. fo.vij.pag.ij.circa finem & in duabus ſequentibus.
Ambroſius cõmendat uenialia cauenda. fo.lvij. pag.i.circa finem.
Anima fidelis non obliuiſcitur ſponſi ſui nempe Chriſti quia induit eam innumeris donis. fo. i.pagina.i.
Animæ quies ultima in hac uita in dextera Chriſti eſt. fo.xv.pag.i.in med.
Anchiton genus ligni quanto plus ardet tanto mundius inuenitur. fol. xliij. pag. i. circa med.
Annulus indicis eſt ſignaculum ſecretorum. fo. liij.pag.ij.
Annulum accepit Ioſeph a Pharaone, Mardocheus ab Aſſuero, Philippus ab Antiocho. fo. liij.pag.i.in medio.
Aquila quædam cum altrice ſua cõflagrauit fo. xxiij.pag.i.circa principium.
Armillæ ſignificant ſolicitudinem operandi, fol.li.pag.i.
Auguſtinus erat Ethiops quando a fide deuiauit, fol.iij.pag.ij.in principio.
Auguſtinus uenialia leuia confitetur, fol.l,ij. pag.i.infra medium.
Author obedientia coactus ſcripſit preſentem tractatum, fol.i.pag.ij.ante med.
Auxilium ſpeciale eſt umbella, fo.xliij.&.xlv.
Auxilij ſpecialis figura fuit columna nubis, fol. xliij.in fine.

B.

BAltheus eſt caſtitas, fo.xxv. pag.ij.in med.
Baptiſta Chriſtum indice oſtendit, fo.liij.pag. ij.in medio.
Benedictus & alij ſancti annulo eminentiæ mira operati ſunt, fo.liij.pag.ij.in principio.
Beneficentia & communio ſunt duæ aciculæ, fol.xl.pag.i.circa finem.
Bernardinus dicit Mariam habere iuriſdictionem in miſſione temporali ſpiritus ſancti, fo.lv.circa principium.
Bibens de fluuio paradiſi ſitim non ſentiet, fol. xx.pag.ij.circa finem.
Biſſinum ſunt iuſtificationes ſanctorum, fol.ij. pag.ij.in medio.
Bonauentura dicit quod aduerſitates ſunt onera leuia, &c. ſeruis dei, fo.V. pag.i.in fine.

C.

CAlcei ſignificant mundi contemptum, fol. xxxiij.in principio.
Camiſia ſignificat fidem, fol.ij.in principio.
Caſtitas eſt uirtus principalis & imperialis, fol xxvi.pag.ij.in med.
Caſtitatis ſiue carnis mortificationis ſeptẽ conditiones notat Lyranus, fo.xx.ij.circa principium.
Caſtitatem uiribus proprijs nemo conſequi poteſt, fo.xxxij.pag.i.circa medium.
Carnalis tentatio eſt uelut morſus ſerpentis igniti, fo.xxix.pag.ij.in principio.
Cecilia ſub ueſtibus deauratis cilicium occultabat, fo.l'ij.pag.ij.infra medium.
Ciclas ſignificat charitatem, fol. xiij. pag.ij. in medio.
Cingulum eſt caſtitas, fo.xxv.pag.ij.in med.
Circulus eſt figura capaciſſima hyſoperimetrarum, fol.xlviij.in principio.
Chananeæ perſeuerantia, fol.xxi.pag.i.in medio, & pag.ij.in medio.
Charitas eſt regina uirtutum, fol.xiij. pag.ij. in medio.
Charitas patriæ differt a charitate uiæ ſpecie, fo.xvij.pag.i.in med.
Charitas eſt recta uoluntas ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa, fo.xix. in principio,
Charitas eſt acicula, fo.xl.pag.ij.in medio.
Chriſtianus ſum reſpondere debet ſeruus dei diabolo in omnibus tentationibus & tribulationibus, fo.vi.pag.ij.& ſequenti.
Chriſtus tunc comeditur quando peccata noſtra conſumit & cum in nobis naſcitur, fol.iij. pag.i.in fine.
Chriſtus in ſua carne quod non fecit exoluit, fo.xxix.pag.ij.infra medium.
Chriſtus eſt ſpeculum ſine macula, fo.lxv.pag. ij.infra medium,
Chriſti eleuatio in cruce in Caluario eſt nobis exemplum, fo lxvi.pag.i.in medio,
Chriſtus improperia multa pro nobis paſſus eſt optime nota. fo. lxix.pag.ij.in medio & in ſequenti,
Coactus obedientia author ſcripſit hunc librũ, fo.i.pag.ij.ante medium,
Columbæ ſimplicitas comendatur, fol.xxxix. pag.i.circa finem & ſequenti,
Complutenſes interpretationes Hebraicæ Bibliæ R.Card. Ximenij ſequitur author, fo. xi.pag.i.in principio,
Comunicandum eſſe aſsidue, fo.xxviij, in fine, & ſequenti,
Conqueritur deus quod ſponſa non obliuiſcitur ornamenti ſui populus autem ſuus ipſum obliuiſcitur, fo.i.pag.i.
Conſideratio ornamentorum nempe uirtutum efficax eſt ad ſuperandum inimici inſultum fo.i.pag.ij.
Cordis conſeruatio eſt cauſa uitæ, fo.xij.pa.i,
Cordis latitudo in ſanctis Benedicto, Bernardo, Hieronymo, Auguſtino, & cæ.fo.xij.pag.ij in fine & in ſequenti,
Corona eſt humilitas, fo.lix.pag.ij.
Crux Chriſti non reficit mundanos, &cæt. ſed quos odit mundus, fo.xxij.pag.i.
Cyconum flumen, fo.xxij.pag.ij.in medio.

D.

DAmnat deus tempus in curioſis & ſubtilibus conſumentes, fo.ij.pag.ij.circa finem,
Dauid annulum fidelitatis habens non occidit Saulem, fo.lvi pag.i.circa finem,
Deo omnia patent, fo.xix.pag.ij.infra mediũ,
Demon fuco meretricio animam allicit, fol.i. pag.i.circa finem,
Demon comeditur cum conſumitur & in nobis moritur, fo,iij,pag.i.circa finem,
Dextrocherium uitam contemplatiuam ſignificat, fo.lij.pag.ij.circa finem. Item ſolicitudinem operandi, fo.li.pag.i,
Diues epulo induebatur biſſo, &c.fo.lxix.pag. i.circa finem,

Domus Raab tenet typum eccleſiæ gentiũ, fo. iij. pag. ij. in fine.

E.

ECcleſia dum patitur floret, dum opprimitur creſcit, &c fo. iiij. pag. ij. in fine.

Elzearius uirginitatem abſcondit ſub matrimonij tegumento quoad uixit, fo. lviij. pag. ij. circa finem,

Ethiops erat Petrus cum negauit Chriſtum, & Paulus cum blaſphemauit, & Auguſtinus cum a fide deuiauit, fo. iij. pag. ij. in princ.

F.

FAſcia pectoralis ſignificat attentam cuſtodiam & conſiderationem circa fidem, fol. vij. pag. ij. in medio.

Faſcia pectorali carentes nempe attentione & cuſtodia cordis ſentimus uel cum Cain egredientes a facie domini, uel cum Dina cum periculo caſtimoniæ, uel cum Semei eunte poſt ſeruos fugitiuos, fo. ix. pa. ij. circa fine

Faſcia deficiente dabitur proca ciliciũ nempe aſperitas cogitationum, f. xij. pa. ij. in med.

Fidelis anima non obliuiſcitur Christi. f. i. pa. i.

Fides eſt prima in uirtutibus, fo. ij. pa. ij. in me.

Fides aßimilatur lintheo oſtenſo Petro ex cœlo. fo. iii. pag. i. ante med.

Fide Raab meretrix ſaluata eſt, fo. iiii. pag. i. per totam.

Fides tribulationibus niteſcit comparaturq; a Christo grano ſinapis, f. iiii. p. ij. circa finẽ.

Fides comparatur Camiſiæ in tribus, nam aßimilantur. Primo ſicut camiſia eſt primum indumentum, ſic fides eſt prima omnium uirtutum. Secundo ſicut camiſia eſt ueſtis ſubtilis & delicata ſic fides. Tertio ſicut linum ex quo fit camiſia multis perficitur tunſionibus & quo magis tunditur magis albeſcit ſic fides tribulationibus perficitur, fol. ij. pag. ij. in medio, & fo. iii. circa principiũ, & fo. iiii. pag. ij. in medio,

Figura. 1 Paralip. 15. quod deus iuuabat Leuitas in portatione Arcæ, ſic ſanctos in laboribus, fo. v. pag. ij. in medio,

Figura pulchra de charitate nempe ferculum Salomonis, fo. x iii. pag. i. circa finem,

Figura bella de perſeuerantia charitatis de malogranatis & tintinabulis in ueſtibus ſummi ſacerdotis exiſtentibus, fo. xix. pag. i. circa principium,

Filius præfecti typum demonis gerebat lenocinio Agnetem ſeducens nempe animam ſpõſam agni, fo. i. pag. ij. in principio,

Filij & filiæ Iob uirtutes ſunt quæ inter ſe habent connexionem, fo. ii. pag. i. in fine.

Filijs concubinarum dantur munera cito peritura, fo. xiiii. pag. i. circa medium.

Fimbria Christi crux eſt, fo. xxix. pa. i. in fine.

Frãciſce ſume amara pro dulcibus dixit Chriſtus ſeraphico patri Franciſco, fo. vi. pag. ij in medio,

Franciſcus dicebat annulo fidelitatis diſtingui ſeruum dei a ſeruo diaboli, fo. lvi. in princi.

Franciſco Seraphico patri datum eſt donum heroicæ caſtitatis poſt impreßionem ſtigmatum ſacrorum, fo xxxii. pag. ii. circa med.

Franciſcus dicit in regula quod fratres nõ deſpiciant quos uiderint mollibus ueſtimentis & coloratis indutos, fo. lix. in principio,

Franciſcus dixit ſe eſſe maximum peccatorum mundi, fo. lv. pag. ij. in medio,

Fruitio uiæ differt ſpecie a fruitione patriæ, fo. xvij. pag. i. in medio.

G.

GIgeus annulus, fo. lvi. pag. i. infra med.

Gratia ut in anima conſeruetur opus eſt diuino auxilio, fo. xliiii. pag. ij. circa finem.



Gratia ſecunda quæ eſt gratia prudentiæ ſignificatur per Ioſeph, fo xxxix. in principio.

Gregorij humilitas cõmendatur cum eum perſequeretur Mauritius Imperator, fol. lx. pag. ii. circa principium.

H.

HEſter dona accepit ab Aſſuero, fo. l. in fine.

Heſter ibat coram Aſſuero roſeo colore, fol. lxiiii. in fine.

Hæreſis Pelagianorum incepit a Nemroth, fol. xlv. pag. i. circa principium.

Hieremias cathenas portabat prophetizans captiuitatem quid ſignificet, fo. xlviij. pag. ij. infra medium.

Humilitas omnium uirtutum fundamentum, fo. lix. pag. ii. in medio.

Humilitas a Chriſto addiſcenda eſt. fol. lxi. pag. i. circa finem.

I.

IAcob ſignificat charitatẽ, fo. ii. pa. ii. in fine.

Iezabel depinxit oculos ſuos ſtibio, &c. fo. lxix. pag. i. in medio.

Inaures ſignificant obedientiam, fo. xlv. pag. ij. in medio.

Iniuriæ remißio Alexandri Seuerini, Phocionis Athenienſis, Epicuri, Demetrij cynici, & aliorum Ethnicorum, fo. xxxiiii.

Interpretatio Somniorum pertinet ad Ioſeph, fo. xxxix. in principio.

Iob filij & filiæ ſunt uirtutes, fo. ii. pa. ii. in fine.

Iob amici ſignificant uitia, fo. x. circa princip.

Iob patientia probatur in decem & ſunt notanda optime, fo. xli. pag. ii. in medio, & in duobus ſequentibus.

Iob ſacrificium offerebat pro filiis, & eſt notanda expoſitio, fo. lxvi. pa. i. circa princip.

Ioannes Euangeliſta uirgo & martir, fo. xxviii. pagina prima in medio.

Ioannes Baptiſta alia dicebat turbis, alia indicabat militibus, alia loquebatur phariſæis, fo. liii. circa finem.

Ioannes Baptiſta propter annulum fidelitatis occiſus eſt ab Herode, fo. lvi. pag. i. in fine.

Iohannes Baptiſta leuia peccata cauebat, fol. lvii. pagina prima in medio.

Ioſeph adoleſcentis caſtimonia. fo. xxviij. pag. ij. circa principium.

Iſaac ſignificat Spem, fo. ii. pag. ii. in fine.

Iſaac obedientia, fo. xl ij. circa principium.

Iſaac inuito patrem eum ligaſſe eſt falſum, ibidem infra medium.

Iudæ reprobo dat Chriſtus buccellam intinctam, fo. xiiii. pag. i. infra medium.

L.

LAncea latus Chriſti apertum eſt ut nidificemus in cauerna macceriæ, fol. lxix. pag. ii. infra medium.

Lapides duodecim quos habebat Aaron in rationali pectoris quid ſignificent, fo. xlix. pa. i. circa finem.

Latria dicitur atrein quod eſt tremere, fo. xiij. pag. ij. infra medium.

Laurentius non ſentiebat onus cum dixit aßatum eſt, &c. fo. v. pag. ii. circa finem.

Liberum arbitrium cito uincitur niſi adiuuetur diuino numine, fo. xliiii. pa. ii. circa me.

Linum multis tunſionibus perficitur, fo. iiii. pa. ii. circa medium.

Lintheo quem ſanctus Petrus uidit aßimilatur fides, fo. iii. pag. i. in medio.

Lyranus per ſexaginta fortes ambientes lectulum Salomonis dicit intelligi debere ſexagies decem millia, fo. xi. pag. i. in medio.

Ludouicus ſanctus rex Francorum ſub regio habitu cilicium abſcondebat, fo. lviij. pag. ii. in fine.

M.

MAlum Granatum habet coronam, fo.xix. pag.ii.circa principium,

Manicæ ſignificant occultationem bonorum operum, fo.lviij.pag.ii.

Margaritæ ineſtimabiles ſunt exempla obedientium, fo.xlvi.pag.ii.infra medium.

Maria beatior predicatur ab Auguſtino quia mente uerbum cuſtodiuit quam in carne geſtando, fo.xij.pag.i.in medio.

Maria poſt filium habet annulum eminentiæ quia imperatrix mundi, fo.liiii. pag.ii.infra medium, & in ſequenti.

Mariam eſſe cœleſte prodigium aſſerit ſanctus Ignatius, fo.lv.pag.ii.in principio.

Mariæ humilitas, fo.lxi.pag.ii. circa princip.

Maria habet iuriſdictionem in mißione temporali ſpiritus ſancti, fo.lv.circa principiũ.

Mitra ſignificat prudentiam, fo.xxxviij.pag. i.in medio.

Moſes, id eſt, lex uxorem habuit, ſed Ioſue, id eſt Ieſus uirgo fuit, fo.xxvij.p.ij.infra.me.

Mortis conſideratio eſt potens ad cingulum caſtitatis conſtituendum, fol. xxx. pag. ij. in principio & infra.

Mulieres deuotæ offerebant templo ſpecula, fo.lxv.pag.ii.circa principium.

Munditiæ ſignificant uirtutes infuſas & colorem ſanguinis Chriſti, fo.lxiiii.

N.

NIcolaus Lyrannus notat ſeptem conditiones ad mortificationem carnis, fo.xxvii.circa principium.

O.

OBedietia cæci nati, fo.xlvi. pag.i.in medio

Obedientia Abrahæ fuit margarita precioſa, fo.xlvi.in fine.

Obedientia Iſaac, ibidem.

Obedientia Chriſti inæſtimabilior omniũ precioſis margaritis, fol.xlvij.pag.i.in fine.

Oculus non uidit nec auris audiuit, & cæ. fol.i. pag.i.circa finem.

Oculus mentis & carnis fiunt unus oculus, fol. xl.pag.i.in medio.

Omnia deus uerbo creauit tamen de homine dicit Dauid manus tuæ fecerunt me, & cæt. fo.viij.pag.ij.in fine.

Ophir inſula, fo.xxij.in fine.

P.

PAtientia Iob cõmendatur in decem, fol.xli. & xlij.

Patientes ueri comparantur lignis Sethim, fo. xliij.circa principium.

Pallium ſignificat patientiam ſanctorum martyrum quia rubrum, fo.xli.pag.i.in fine.

Palmæ proprietas quando eſt onerata, fo.xxij. pag.ij.circa medium.

Paßionis Chriſti memoria, fo.lxix.p.ij.in med.

Paulus erat æthiops quando blaſphemauit, fo. iij.pag.ij.in principio.

Paulus in faciem Petri reſtitit, fol.iiij. pag.i. in fine.

Petris humilitas in lotione pedum, fo.lxi. pag. ij.in medio.

Perſeuerantiam charitatis comendat diuus Antonius Abbas, fo.xix.pag.ij.circa finem & in media ſequenti.

Philoſophi non attigerũt ueram humilitatem, fo.lxi.pag.i.in medio.

Præcepto dei anima tremit inſtar cordæ citharæ, fo xlvi.pag.ij.in medio.

Præcinctus ad mamillas Chriſtus apparuit in Apoc.9.d.fo.xxxi.pag.i.circa finem.

Prædicator ſerit loquendo.alij colligunt operando, fo.li.pag.ij.in medio.

Prædicatorũ ſemitæ quibus ſe aſtringunt ſunt magnæ quia propter hoc dilatantur in cœlo, fo.xij.pag.ij.in medio.

Predeſtinatus poteſt eſſe reprobus in ſenſu diuiſo non in ſenſu compoſito, fol.xxvi.pag.i. infra medium.

Primum peccatum luciferi ad luxuriam quandã ſpiritus reducit Scotus, fol.xxxi.pag.ij.in pag.ij.in principio.

Prudentiæ typum tenet Ioſeph, fol.xxxix.pag. i.circa principium.

Pythagoreæ uirginis exemplum, fo.xxxiij.pa. i.in fine.

Q.

QVatuor Euangelia cœlitus a ſecũdo Adam data, fo.iij.pag.ij.in medio.

Qui male uiuit pauperes ſuo exemplo occidit, fo.lxviij.pag.ij.circa principium.

R.

RAro nõ accedendũ ad euchariſtiæ ſacramẽtũ ſed frequenter, fo.xxviij.p.ij.circa finẽ.

Reticulum ſeu mitra eſt prudentia, fo.xxxviij. xxxix.& xl.

Reuelationes ſuſpectæ ſunt quæ non conſonant teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, fo.xxxix.pag. i.circa finem.

Rex Antigonus finxit ſe alium eſſe dicens diſcedite ne uos rex audiat, fol.xxxiiii.pag.i.in medio.

S.

SAncti per fidem uicerunt regna, &c. & nos ad eorum imitationem, fo.vi.pag.ij.in medio & in ſequenti.

Sancti uiri qui non ſunt in bono confirmati timere debent ne tribulatione deficiant, fol. xliij.pag.i.circa finem.

Sandalia contemplationem ſignificant qua eleuatur anima ad æterna, fo.xxxvi.xxxvij.

Sarram accelerare tria ſata quid ſignificet, fo. lij.pag.i.in medio.

Scoti aſſertio quod grauior eſt detentio intellectus quam detentio localis in igne inferni, fo.xij.pag.ij.in medio.

Scotus peccatum primum luciferi reducit ad quandam luxuriam ſpiritus, fo.xxxi.pag.ij. in principio.

Sicut fœminam honeſtam & grauem lenones ad turpia inuitare non audent: ſic miſtici lenones nempe demones diſcedunt confuſi cũ feruentem animam audiunt dicentem quomodo dicitis animæ meæ tranſmig. & cæ. fol.x.pag.i.circa medium.

Signum faciei eſt lumen rationis, fo.lx.

Simplicitatis uirtus in ſcriptura cõmendatur, fo.xxxix.pag.ij.in principio.

Sol ſicut in hæc inferiora influit, &c. ſic charitas omnes uirtutes amplectitur, fo.xvij.in fine & in ſequenti.

Speciosus forma eſt Chriſtus præ filijs hominum tam quo ad humanitatem quam quo ad diuinitatem, fo.xv.pag.ij.

Speculum ſignificat intentionem quam habere debemus uitæ Ieſu Chriſti redẽptoris noſtri & puriſſimæ uirginis Mariæ & omniũ ſanctorum, fo.lxv.

Stimulus carnis datur a deo perfectis ne extollantur, fo.xxxij.pag.i.circa finem.

T.

TEntatio carnis eſt ut morſus igniti ſerpentis, fo.xxix.pag.ij.in principio.

Timor & humilitas unum ſine alio non eſt, fo. lix.pag.ij.circa finem.

Titelmani annotationes marginum, fo.xiij.pa. ij.in fine, & fo.lxij.pag.ij.circa principiũ, & lxiiij.pag.i.infra medium.

Thomas manũ miſit ad fortia perſcrutãs Chriſti latus, fo.iiij.pag.ij.circa medium.

Torques ſignificat memoriam omnium penalitatum Chriſti, fo.xl iij.pag.ij.in medio, & fo.lxix.pag.ij.in medio.

Tribulatos deus non deſerit, fo.xxij.pag.ij.

Tunica inconſutilis typum gerit inuiſibilis charitatis, fo.xxiiij.pag.i.in fine.

Tunica ſignifi. charitatem. fo.xiii.p.ii.in med.

V.

VEnialia peccata cauenda, fol.lvi.pag.ij.in principio & in ſequenti.

Velamen eſt ſimplicitas columbina, fol. xxxix. pag.i circa finem & in ſequenti folio.

Veſtis talaris gerit ſimilitudinem charitatis perſeuerantis, fo.xix.pag.i.circa finem.

Vincentius non ſentiebat tormenta cum diceba in ſublimibus ago, fo.l.pag.ij. circa finem.

Virga Aaron deuorauit uirgas magorum, fol. iij.pag.i.circa finem.

Virgines non debent extolli propter uirginitatem, fo.xxij.pag.i.in medio.

Virginitatis patria cœlum eſt, fo.xxvij.pag.ij. in medio.

Virginitatis author Chriſtus, fo.xxviij. pag.i. circa medium.

Virginitas diuturna quoddam martyrium cōputatur, fo.xx iij.pag.ij.in principio.

Virginitatis donum inter infideles aut philoſophos non erat, licet alias uirtutes habuerunt, fo.xxxiij.pag.i.infra medium.

Virtutes morales infunduntur in baptiſmo, fol. ij.pag.i.in principio.

Virtutes morales figurantur in Leuitico, folio lxiiij.pag.i.in medio.

Vmbella ſignificat protectionem dei. fo.xliiij. pag.i.circa finem.

EXPLICIT INDEX MATERIERVM.

# INDEX AVTORITATVM.

GENESIS.

24 Vidit Laban duas armillas Rebeccæ ſorori ſuæ datas, fo.li pag.i.in medio.

EXOD.

26 Facies & ſaga cilicina undecim, fo.xli.pa. i.in medio.

32 Præcepit deus ut populus biberet puluere uituli combuſti aqua aſperſos, fo.iij.pa. i.in medio.

38 Fecit Beſeleel librum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum quæ excubabant in oſtio tabernaculi, fo.lxv.pag.i.in fine.

39 Fecit cingulum de biſſo retorta, fo.xxv.pa. ij.in fine.

NVMERI.

23 Non accubabit donec deuoret prædam, fo. vij.pag.i.circa principium.

IOSVE.

2 In domo Raab ſaluati ſunt exploratores, fo.iij.in fine.

24 Auferte deos alienos, fo.xvi.p.ij.circa med.

I. REG.

26 Quis es tu qui clamas & inquietas regem, fo.x.pag.ij.in principio.

IIII. REG.

9 Audiens Iezabel introitũ Iehu depinxit oculos ſuos ſtibio & ornauit caput ſuum ut reſpiceret per feneſtram ingredientem Iehu, fo.lxix.pag.i.in medio.

I. PARALIPO.

15 Barachias & Helcana ſunt Ianitores quando portatur Arca Dei de domo Obededon, fo.x.in fine.

IVDITH.

16 Sandalia Iudith rapuerunt oculos Holofernis, fo.xxx ij.pag.i.circa med.



HESTER.

15 Ibat Heſter corã Aſſuero roſeo colore perfuſa, fo.lxiij.in fine.

IOB.

1 Boues arabant & aſinæ paſcebantur iuxta eos, fo.xli.pag.ij.in medio.

5 Conterentur in porta, fo.x.pag.i.in fine.

37 Nunquid noſti ſemitas nubium magnas & perfectas ſcientias, fo.xij.pa.ij.in med.

PSALTERIVM.

10 In domino confido quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montem, fo.ix.pag. i.in fine.

16 A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me ut pupillam oculi, fo.xi.pa.ij.circa mediũ.

17 In auditu auris obediuit mihi.fo.xlvi.pag. ij.in principio.

41 Ad me ipſum anima mea turbata eſt, fol. xxxi.pag.ij.circa medium.

44 Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, fo.xiij.pag.ij.in medio.

44 Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbrijs aureis, fo.xvij.pag.i.in fine.

72 Tenuiſti manum dexteram meam, fo.xiiij. pag.i.in medio.

84 Audiam quid loquatur in me dñs deus quoniam loquetur pacem, fo.xi.p.ij.in med.

90 Cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum fo.xxij.pag.ij.in medio.

118 Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, fol. xl.circa principium.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt, fol.li.pag.ij.in principio.

Qui timent te uidebunt me & letabuntur, fo.lxx.pag.ij.in medio.

Anima mea in manibus meis ſemper, fo.xi. circa finem.

120 Dominus cuſtodit te ab omni malo, fo.xliiij pag.i.in fine.

139 Domine domine uirtus ſalutis meæ obumbraſti caput meum in die belli, fo.xliiij. pag.ij.in principio.

143 Benedictus dñs deus meus qui docet manus meas ad prælium, fo.lix.p.i.in fine.

PROVERBIORVM.

1 Audi fili doctrinam patris tui & ne obliuiſcaris legẽ matris tuæ, f.xxxviij.in fi.

4 Fili mi auſculta ſermones meos, &c. omni cuſtodia ſerua cor tuum quia ex ipſo uita procedit, fo.xij.in principio.

25 Dens putridus & pes laſſus qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ & amittit pallium in die frigoris, fo.xliij. circa finẽ.

31 Digiti eius apprehenderunt fuſum, fo.iiij. pag.ij.in principio.

CANTICORVM.

1 Trahe me poſt te, fo.V.pag.ij.in medio.

3 Lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, fo.xi.circa principium.

7 Quam pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis, fo.xxxVij.p.i.infra me.

ECCLESIASTICI.

25 Beatus cui donatum eſt habere timorem domini.fo.xiij.in fine.

ESAIAE.

3 Pro eo q̃ eleuatæ ſunt filiæ Sion, &c. auferet dñs ornamenta calciamentorũ lunulas & torques & monilia, fo.lxix.in princip.

8 Accelera ſpolia detrahe feſtina predari, fo.lij.pag.i.infra medium.

19 Confundentur qui operantur linum plectentes & texentes ſubtilia, fo.iij.pap.ij.in medio.

26 Omnia opera noſtra operatus eſt nobis, fo. V.pag.ij.in medio.

# INDEX AVTORITATVM.


31 Ignis dei eſt in Sion, & caminus ardentior in Hieruſalem, fo.xvij.pag.i.circa finẽ.

32 Super humum populi mei ſpinæ & uepres aſcendent, fo.xxvi.pag.i circa finem.

64 Oculus non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus timentibus ſe, fo.i.pag.ij.

¶HIEREMIAE.

2 Nunquid obliuiſcitur uirgo ornamenti ſui aut ſponſa faſciæ pectoralis ſui, fol.i.in principio, & fo.lxvi.pag.ij.& .lxvij.& lxviij. exponitur totum caput ſecundũ.

13 Agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, fo xv.pag.i.ante finem.

¶EZECHIELIS.

16 Calciaui te hiacintho, fo.xxxvij.in fine.

Induite ſubtilibus, fol.iij.pag.ij.in medio.

Ornaui te ornamento, fo.xxiiij.p.ij.in me.

Veſtiui te diſcoloribus, ibidem.

Dedi tibi circulos in auribus tuis, fo. xlvij. in fine.

Dedi coronam decoris in capite tuo, fo.lix. pag.ij.in medio.

Ornata es auro & argento & ueſtita es biſſo & polimito & multis coloribus, ſimilam & mel & oleum comediſti decora facta es, & cæ. facta eras in decore meo quem poſueram ſuper te dicit dñs, fol. lxvij.pag.ij.& duobus folijs ſequẽtib.

¶OSEAE.

2 Deſponſabo te mihi in fide, fol. lv.pag.ij.in medio.

¶ABACVCH.

3 Ingrediatur putredo in oſſibus meis & ſubter me ſcateat ut requieſcam in die tribulationis ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum, fo.xxv.pa. ij.in med.

¶I. MACHABEORVM.

1 Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus, fo.xxi.pag.i.in fine.

¶II. MACHABEORVM.

6 Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere ſed ſtatim ultionem adhibere magni beneficij eſt iudicium, fo.vi.pag.i.circa medium.

¶MATHEI.

1 Abraham genuit Iſaac, fo.ij.pag.ij.in fine

2 Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum, fo.xxi. pag.ij.circa medium.

5 Ex corde procedunt cogitationes malæ homicidia, adulteria, &c. fo.xij.pag.i.circa principium.

9 Creditis quia hoc poſſum facere uobis, fo. iij.pag.i.in principio.

10 Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, f.xxxviij pag.i.circa finem.

¶LVCAE.

9 Apparuit Moſes & loquebatur cum Ieſu, fo.iiij.pag.i.in medio.

11 Beatus uenter qui te portauit & ubera quæ ſuxiſti, fo.xij.pag.i.infra medium.

12 Ignem ueni mittere in terram quid uolo niſi ut ardeat, fo.xviii.p.i.infra medium.

Quid autem & a uobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt, fo.lxiii.pa.i.circa med.

Vir nobilis abiit in terram longinquam, fo.i. pag.ii.in medio.

¶IOANNIS.

1 Quod factum eſt in ipſo uita erat, fol.xii. in principio.

2 Bonum uinum ſeruaſti in finem, fol.xvii. pag.i.in fine.

9 Vade ad natatoria Siloe, fol.xlvi. pag.i.in medio.

13 Domine tu mihi lauas pedes, fo.lxi.pag.ii. in medio.

¶AD ROMANOS.

3 Arbitramur hominem iuſtificari per fidẽ. fo.ii.pag.ii.in medio.

5 Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. fol. ix.pag.i.in.medio.

12 Exhibete corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, fo.xxvij.in principio.

13 Induimini dominum Ieſum Chriſtum, fol. ij.pag.i.in.medio.

¶I. CORINTHIORVM.

2 Oculus non uidit nec auris non audiuit, nec in cor hominis aſcendit, &c. fo.i.pag. ij.circa finem.

¶II. CORINTHIORVM.

11 Quis ſcandalizatur & ego nõ ſcandalizor, fo.xl.pag.ij.circa principium.

¶AD GALATAS.

2 In faciem Petro reſtiti quia reprehenſibilis erat, fo.iiij.pag.i.in fine.

¶AD PHILIPPENSES.

1 Vobis datum eſt pro Chriſto ut non ſolum in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini, fo.vi.in principio.

2 Deus qui operatur in uobis uelle & perficere pro bona uoluntate, fol. xlv.pag.i.in medio.

¶AD COLLOSSENSES.

3 Induite uos ſicut electi dei ſancti, &c.humilitatem miſericordiam, &c.fo.xl.pag. ij.circa principium.

¶AD HEBRAEOS.

11 Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium, fol.ij. pag.ij.in medio.

Credere enim oportet accedentem ad deum quia eſt & requirentibus ſe remunerator ſit, fo iij.pag.i.in principio.

Fide Raab meretrix non perijt, fol. iiij. in principio.

¶ACTA APOSTOLORVM.

10 Apertum eſt cœlum & uidit Petrus linteũ plenum animalibus, fol.iij.pag.i.circa medium.

21 Paulus cum quatuor uiris purificatus eſt ne zelator legis uideretur. fo.iiij.pag.i.circa finem.

¶EPISTOLA IACOBI.

5 Sufferentiam Iob audiſtis & finem domini uidiſtis, fo.xli.pag.ij.circa medium, & xliij.pag.ij.circa principium.

¶I. EPISTOLA PETRI.

2 Vos eſtis genus electum regale ſacerdotiũ, fo.xxvi.in principio.

¶II PETRI.

1 Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia ſed ſpiritu ſancto inſpirante, fo.iij.pag.i.

¶I. IOANNIS.

4 Qui non diligit fratrem ſuum quem uidet quomodo diliget deum quem non uidet, fo.xxiiij.pag.ij.in medio.

¶APOCALIPSIS.

19 Venerunt nuptiæ agni & uxor eius præparauit ſe & datum eſt illi ut cooperiat ſe biſſino ſplendenti & candido, fo.ij.pag. ij.circa medium.


¶EXPLICIT INDEX AVTORITATVM.

# ERRATA

Folio.ij.uerſu antepenul.ubi dicit beato,lege,a beato.
Fol.eodem pag.ij.in margine,ubi dicit Matth.ix.lege.i.
Fol.vi.pag.i.in margine ubi dicit deiranus uitæ, lege,de tranquillitate uitæ.
Fol.eodem pag.ij. in margine ubi repetitur in Hebræo,lege:Lyra notat q in hebræo legitur cum amaritudinibus.
Fol.xvi.pag.ij.ante medium ubi dicit ſancle propheta,lege,ſanctus propheta.
Ibidem antepenul.uerſu,ubi dicit diuiticus lege,Dauiticus.
Fol.xvij.pag.ij.in margine ubi dicit,pa.ij.lege, prima ſecundæ.
Fol.xviij.pag.ij.infra medium ubi dicit expoſiteo,lege,expoſitio.
Fol.xxij.pag.ij.uerſu tercio ubi dicit iuſlficant,lege,iuſtificant.
Fol.xxiij.pag.i.prope antepenul.uerſum ubi dicit propintum:lege,propinatum.
Fo.xxv.pag.i.infra medium ubi dicit tergedia:lege,tragœdia.
Fol.eodem pag.ij.in medio ubi dicit plact deo diſcincti ; lege,placet deo diſcincta.
Eadem pag.in fine in margine ubi dicit.I.Petri.ij.lege,Exod. xxxix.
Fol.xxvi.pag.ij.circa medium ubi dicit adomas,lege,Adonias.
Fol.xxvij.pag.i.in medio ubi dicit perimanus,lege,perimamus.
Fol.xxxi.pag.ij.uerſu.v.ante finē ubi dicit ab abiectio,lege,ac abiectio.
Fol.xxxvi.pag.i.uerſu.xvi.ubi dicit adhſeit,lege,adhæſit.
Fol.xliiij.pag.i.in fine marginis ubi dicit.xx.lege.cxx.
Fol.xlvi.pag.i.in uerſu decimo ſeptimo ubi dicit illinat,lege,illuminat.
Fol.xlvij.pag.i.uerſu.xiiij. ubi dicit I aac:lege,Iſaac.
Fol.lxij.pag.i.uerſu.iiij.ubi dicit diuina gratiæ,lege,diuinæ gratiæ.
Fo.eodem pag.ij.uerſu ſeptimo ante finem,ubi dicit ſponci,lege,ſponſi.
Fol.lxiiij.pag.i.uerſu uigeſimo ſecundo ubi dicit qri,lege,qui.

F I N I S.

# PROLOGVS AVTORIS IN QVO TRACTANDA in toto opere & tractandorum ordo continetur.

## NVNQVID OBLIVISCITVR VIRGO ornamenti ſui,aut ſponſa faſciæ pectoralis ſui? HIERE. II.

DISERTVRO MIHI de ornamentis, quæ a Chriſto ſponſo vero dantur animę ſecū copulatę, occaſſione ſumpta ex verbis beatiſſimæ Agnetis quæ filio Prefecti precioſa ei monilia & indumenta offerenti reſpondit, illa velut ſtercora cōtemnens, & in ſolo cœleſtis ſponſi ornatu gloriabunda: hæc verba ex ſecundo capite Hieremiæ excerpta cōgruentiſſima viſa ſunt. Cōqueritur quippe in eis Deus quod cū ſponſa non obliuiſcatur ornamēti ſui, populus tamē eius (qui opere nō populus erat, ſed filii alieni, qui mētiti ſunt ei, & inueterati ſunt) oblitus eſt eius diebus innumeris: quaſi inferens ex hac obliuione quod populus ille nō iam ſponſæ ſed meretricis nomine dignus erat. Nam ſponſa non obliuiſcitur ornamenti ſui, & fidelis anima non obliuiſcitur Chriſti, quem induit varia virtutū & donorum eius participatione: ſed cum tētatione pulſatur memorās ornamenta ei a ſponſo Chriſto collata, procacem & adulterum lenonem reiicit, ſiue hunc demonem ſiue mundū intelligas: qui fucato & meretricio ornatu animam allicit: ſicuti Agnes beatiſſima ſpreuit filiū Prefecti cū omni le-

*Narrantur a btō Ambroſio ſermone xci. cuius titulus eſt de paſſione beatæ Agnetis uirginis.*

nocinio ſuo: qui vtiq; in virginis irritatione typum de-
monis gerebat, immo & ipſi demoni miniſtrabat ad ſedu
cendam ſponſam agni. Nam ſicut olim per ſerpentem de-
cepit Euam, ſic per hunc iuuenem conabatur euertere vir-
gunculæ innocentiam. Et quia conſideratio ornamen-
torum horum efficax eſt ad omnem inimici inſultum ſu
perandum, (ſicut in Agnete probatum eſt) de eis, Chriſto
Ieſu duce, tractare diſpoſui, vt alienę volũtati morem ge
rerem. Coactus quippe obedientia & charitate, rem aggre
dior viribus meis longe imparem. Et quidem mihi non
agendum eſt de ornatu, quem Deus humanę naturę olim
in ſtatu innocentiæ contulit, nec de eo quem nobis dona-
turus eſt in fœlicitate conſummatæ gloriæ: ſed arctandus
eſt ſermo ad ornatum, qui etiã in hac lachrimarum valle
pręſtatur animæ Chriſto deſponſatæ. Ex hiis .n. quæ tri-
buuntur animæ adhuc in tugurio, imo & vili ſtabulo,
huius exilii degenti, coniectabit ſapiens qualia dabuntur
Lucæ.xix. ei, & quanta in regno cœlorũ, cũ cõſummatę fuerint nup-
tię agni, poſtquam redierit vir ille nobilis qui abiit in re-
gionem longinquam accipere ſibi regnum, vt ſecum de-
ferat ſponſam ſuam: poſtquam in portis ſederit cum ſena
toribus terrę, vt conſummato iudicio eam ſecum vehat
non tantum ſine macula pulchram, ſed ſine ruga ſicut pel
lem celicam veri Salomonis extenſam in decore ſtolę ſe-
cundæ, cuius deſiderio (contracta gloria & velut cum ru-
ga) ante clamabat ſub altari. Illa enim quæ nec oculus vi-
dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, ſa-
tis nunc eſt ſi a longe cum ſuſpirio ſalutentur. Et quidem
propoſiti mei eſt non ſtringere ſermonem ad eas tantum
virtutes, quæ pro ornatu omni animæ in baptiſmo infun
duntur: quia Theologi noſtri inter ſe diſſident, nec omnes
Okan & ſe- fateri volunt quod de lege communi infunduntur omnes
quaces uide virtutes morales in baptiſmo. Et capitulum illud in cle-



mentinis quod dicit opinionem illam eſſe probabiliorẽ Gabrielem
quæ aſſerit virtutes in baptiſmo infundi, exponunt de vir in. iiij. diſt.
tutibus tantum Theologicis. Et licet mihi aliorum ſenten iiij. que. i. cõ
tentia placeat, quæ Dei liberalitatem magis extollit; latior clu. 8. & in
tamẽ & planior loquendi materia ſubrutilat, ſi tractatulus dubio. ij.
iſte extendatur ad alias diuiſiones gratiarũ, quæ proceſſu
temporis donantur ſponſæ ſponſum amanti. Quod ſi
fortaſſe in tam varii ornatus deſcriptiõe alicubi lectori vi-
ſum fuerit eandem virtutem repeti, aut quæ ad decorem
vnius virtutis pertinent ad alterius ornamenti vſum appli-
cari: eum neceſſe eſt attendere, & animæ in qua omnes vir-
tutes ſubiectantur indiuiſibilitatem, & virtutum ipſarum
cõnexionem, & finis earum vltimi vnitatem. Vnus enim
Chriſtus eſt quem varia virtutũ participatiõe induimus,
dicente Paulo: Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, Ad Ro. 13.
qui ſicut habitat per fidem in corde, ſic ornat manus
in operatione. Nec aliquid eſt quod Chriſtus
non ornet in ſua ſponſa, ex quo tota ei
intime vnitur, vnus ſpiritus effecta
cum eo. Filii quoq; Iob vocan
tes ſorores ſuas per ſingulos
dies cõuiuia faciũt, quod
ad virtutũ cõnexio-
nem pulchre appli- Lib. i. Mora
catur beato Gre- liũ. ca. xxxij.
gorio. Iam er-
go ad rem
veniamus.

# CAPVT PRIMVM.

IN HOC CAP. PRIMVM ORNAMENTVM
*animæ ponitur, ſcilicet Camiſia ſiue linthea Subucula, per quam*
*FIDES deſignatur, tum quia prima virtus, tum etiam quia te*
*nuis, & ſubtilis, ſed præcipue quia tunſionibus uarijs albeſcit.*
*Vbi multa ſpiritualiter & per figuras de fide docentur.*

Camiſia. PRIMVM ORNA-
mentū eſt Camiſia, ſiue Subucula lin
thea, quę fit ex lino puriſſimo, vel
byſſino ſplendenti, de qua non incō
Apocal. xix. grue id Apocalipſis exponere licet.
Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius
præparauit ſe, & datū eſt illi vt coope
riat ſe byſſino ſplendenti & candido. Hoc ornamen-
tum interpretamur eſſe Fidem. Nam cum ibidem ſub-
datur quod byſſinum ſunt iuſtificationes ſanctorum, &
Ad Ro. iij. Paulus dicat, arbitramur iuſtificari hominem per fidem:
non incongrue byſſinū illud ſplendens fides dicitur. Cō
paratur autem fides camiſię ob tria. Primū eſt, nam ſicut
camiſia eſt quæ prior omni alia veſte & ornatu ponitur, ſic
Ad Hebr. xi. Fides eſt prima in virtutibus, ſine qua impoſſibile eſt pla
cere Deo. Eſtq; ſubſtantia rerum ſperandarum argumen-
tum non apparentium. Sicut enim in dotibus gloriæ pri-
ma eſt viſio clara, ſine qua nullus eſt intra triumphantem
Eccleſiā, ſic in virtutibus animę prima eſt Fides ſine qua
nullus intrat in corpus militātis Eccleſiæ. Quod bene fi
guratū eſt in ipſo patre fidei noſtræ Abraham, qui ipſius
fidei typū tenens primus in Chriſti genealogia ponitur.
Math. ix. Abraham, inquit Matheus, genuit Iſaac, Iſaac autem ge-
nuit Iacob: vbi interlinealis innuit: in Abrahā ſignifica
ri Fidē, in Iſaac Spem, in Iacob Charitatem. Accedentem



quippe ad deū oportet credere, vt Paulus ait. Vnde cæcis Ad hebr. II.
ad Chriſtum accendentibus & miſericordiam petentibus
Chriſtus dixit. Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Et Math. 9.
vtiq; duo illi cæci totius eccleſiæ ex Iudæis & gentibus
collectæ figura fuerunt, a qua hoc primum anteq̃ videat
exigitur vt credat.

¶ Secundum eſt, quia fides eſt inſtar camiſiæ delicatior &
ſubtilior veſtis. Eſt enī ita ſubtilis vt magis e cœlo q̃ e ter-
ra neta, & contexta, & cōfecta, conſutaq; ſit. Non enim vo
luntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ij. Petr. i.
ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei homines. Vnde pul
chre ſignatur in lintheo illo quod e cœlo oſtenſum eſt Pe
tro, in quo vt olim in arca Noe ſimul erāt animalia immū Act. x.
da cum mundis. Vna enim fide intra gremium eccleſiæ
omnes peccatores ex omni mundi ſtatu recipiuntur a Pe-
tro occidendi, & manducandi, vt Chriſto incorporentur.
Qui enim olim voluit ſub lege, vt vitulum combuſtum & Exod. xxxij.
vſq; ad puluerem contritum, ſparſum in aquam popu-
lus biberet: idē voluit ſub Euāgelio vt omne animal etiā
immundum Petrus deuoraret: & idem myſteriū vtrobiq;
ſignificatum eſt, quod draco erat dādus in ęſcam populis
AEthiopum: cum corpus myſticum demonis (quod dra-
co vel demon myſticus dici poteſt) tranſiturum erat in
corpus myſticum Chriſti vt pulchre exponit beatus pa- Super Pſalm. lxxiij.
ter Auguſtinus, ad idem dicens pertinere myſteriū, quod
virga Aaron deuorauit virgas magorum. Tunc enim de-
mon comeditur cum conſumitur: ſicut econtra Chriſtus Exod. Vij.
tūc comeditur, cum peccata noſtra cōſumit, & nos ipſos
conſummat, & perficit, & in ſe transformat. Demon come-
ditur cum in nobis moritur: Chriſtus comeditur cum in
nobis naſcitur. Nec parum valet ad conſolationē peccato
rum attendere, quod dicitur draco ille dari in eſcam popu
lis AEthiopū: vbi notatur quod miniſterio eorum qui

aliquãdo fuerunt peccato denigrati hæc mutatio efficien
da erat. AEthiops enim erat ipſe Petrus cum negauit Chri
ſtum: AEthiops paulus cum blaſphemauit, AEthiops &
Auguſtinus cum a fide deuiauit: & tamẽ quis narret quan
ta & quot aĩalia immũda hij olim AEthiopes mactauerũt,
& manducauerunt, & dracone in eis occiſo, Chriſto incor
porauerunt? Hæc occaſione illius linthei diximus quod
de cœlo oſtenſum eſt ſubmitti in terrã quatuor initijs, in
quo fidem ſignari diximus: que per quatuor euãgelia e cœ
lo magis ꝙ e terra data eſt nobis ab illo ſecũdo Adam de
cœlo cœleſti: vt per eam nos quoqꝫ cœleſtes efficiamur, &
credẽtes in nomine eius quaſi filij dei diuinę ſimus cõſor
Cap.xvi. tes naturæ, Hoc ornamẽtũ in Ezechiele ſignificatur cum
dicitur: Indui te ſubtilibus. Quod enim poteſt eſſe indu
mentũ fide ſubtilius? quæ texta eſt quaſi ex filis, ex myſte
rijs trinitatis, incarnatiõis, tranſubſtantiatiõis, paſsionis,
reſurrectionis, & alijs, que omnẽ ſuperant intellectũ, Non
eſt hæc ſubtilitas de qua Eſaias ait. Confundẽtur qui ope
Cap.xix. rantur linum plectentes & texentes ſubtilia. Vbi arguitur
vana ſubtilitas philoſophorũ mũdi operantiũ in lino AE
gypti, nã & cõtra AEgyptios propheta ibi loquitur. Illã
enim deus cõfundet cum nõ parcet eis verbis potẽtibus &
ad deprecandũ cõpoſitis, cũ cõfringet verticẽ capilli per-
ambulantiũ in delictis ſuis dãnans eos qui in curioſis &
non vtilibus, licet ſubtilibus tempus conſumẽtes, cũ deũ
cognouiſſent nõ ſicut deũ glorificauerunt. Cum caput cir-
cuitus eorũ (quod nõ aliud fuit ꝙ labor labiorum ipſorũ
quo magis conati ſunt linguã, ornare ꝙ vitã) operiet eos:
& pro ſua loquacitate punientur immundę ranę in pene-
tralibus inferni, quæ in hac vita exaltatæ ſunt in penetra-
libus regum ipſorum. Sed eſt hæc noſtra ſubtilitas lini ter
rę promiſsionis, quod inuenitur nõ in AEgypto, ſed in do
Ioſ.ij. mo Raab, quæ Typum ecclesię gentium tenuit, cum ope



riens exploratores ſtipula lini quę ibi erat, eruit eos a mor
te: immo & ſe ipſam a morte liberauit: ſicut paulus ait. fide Ad Hebr.xi.
Raab meretrix nõ perijt cum incredulis, excipiens explo-
ratores cum pace. Nec vacat a myſterio quod ſtipula lini
in domo Raab dicitur fuiſſe. Sicut enim in lino ſignificatᷣ
fides catholica quæ expreſſa eſt in euangelijs: ſic in ſtipula
lini ſignantur antiquę legis ceremoniæ quæ noſtræ fidei
ſacramenta figurabant: & quaſi in ſigno cõtinebãt. Quæ
ceremoniæ magis honorantur ab eccleſia dum eas ſecun
dum litterã contemnẽs, quaſi inutiles, ſpiritũ euangelicũ
qui in eis latebat amplexatur: ꝙ a perfidis et cęcis Iudæis,
qui contẽpto grano vt bruta ſolas paleas etiã veneno ple-
nas comedũt. Hinc eſt quod (vt pulchre Origenes ponde-
rat) in maieſtate viſus eſt Moyſes totus cũ Chriſto in mõte Luc.ix.
transfiguratiõis: qui tamen tẽpore veteris legis (cuius ipſe
legiſlator typum gerebat) et lingua impeditus et manibus
grauis, ſola ſplendebat facie ex conſortio ſermonis dei: ſu-
pra quã velamen ponebat ipſius faciei gloriam occultans.
Erat ergo ſtipula lini in domo Raab quæ profuit & vſui
fuit aliquando duobus exploratoribus, in quibus beatus
Hieronymus dicit intelligi Petrum & Paulũ: quia & hi cre In expo. Pſal.
duntur vſi fuiſſe ceremonialibus in initio naſcentis eccle- lxxxvi.
ſię: ſcilicet dũ cũ honore ſepeliebatur ſynagoga, explorãti
bus ipſis qualiter pacifica quadã cõuerſatiõe conuerſi ex
gentibus hererent cõuerſis ex Iudęis. Mentior ſi nõ hac
lini ſtipula opertus eſt paulus cum de conſilio Iacobi & ſe
niorũ in templo purificatus eſt cum viris quatuor, vt qua Act.xxi.
ſi Zelator legis haberetur a Iudæis: & non occideretur.
Et petrus ipſe adeo ſe lini ſtipula operiebat, vt aliquando Ad Gal.ij.
ipſi paulo reprehenſibilis videretᷣ, & vere eſſet, vt Auguſti
nus diſsidens a Hieronymo ſentit. Hęc ideo dicta ſunt vt
oſtenderetur, quod ſubtilitas fidei noſtræ non eſt vana ſub
tilitas lini AEgypti, ſed lini terræ promiſsionis, cuius ſti-

pula in domo Raab exploratores operti ſunt. Eſt noſtra ſubtilitas cœlo ipſo ſolidior quia cœlum & terra tranſibunt verba autem Chriſti non tranſibunt. Et talis eſt vt manum ſuam dicatur mulier ſapiens miſiſſe ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum: vt ex lino quod quæſierat ſindonem faceret, nens & texens cœleſti virtute linitheum fidei. Nam (vt ſic dicam) vim paſſum eſt cœlum a terra cum ex dei adiutorio arcana fidei ſcrutati ſunt ſancti, & cœleſtia ſecreta rimati ſunt, vt fidem nobis de eis contexerent. An non miſſæ ſunt ad fortia illæ manus, quæ contrectauerũt de verbo vitæ, quod poſtea nobis annunciarent? An non miſit Thomas manum ad fortia, quando manu perſcrutãs latus Chriſti, & vſq; ad cor ipſum attingẽs, protinus exclamauit: Dominus meus & deus meus? Hęc ſatis ſuperq; dixiſſe ſufficiat, vt pateat quod hoc ornamentum delicatiſſimũ, ſubtiliſſimum, ſimul & ſolidiſſimum ſit.

*Prouerb. xxxi.*

*i. Ioan. i.*

*Ioan. xx.*

¶ Tertiũ ob quod fides cõparatur camiſiæ eſt, quia ſicut linum ex quo fit multis tunſionibus perficitur & quo plus tunditur eo magis albeſcit: ſic fides tribulationibus perficitur. Quis niſi expertus narrare ſufficiet quantũ linum ipſum atteritur? Videas ipſum iam demeti: iã in puteos demergi: iam extrahi & ſiccari: iam ligneis quibuſdam enſibus feriri: iam iterum atq; iterum carminari & varia alia tormẽta pati: quibus & purius & precioſius redditur. Sic nempe fides noſtra tribulationibus niteſcit: ob quod a Chriſto grano ſinapis cõparatur. Quod vt pulchre dicit Ambroſius vigorem ſuæ acrimoniæ dum tunditur oſtendit: cum alias ſemen vile & humile appareat. Ideo tempore martyrum tam preclare fides enituit: cum tamẽ nũc in pace ſit amaritudo noſtra amariſſima, vt beatus bernardus deflet. Vnde Hylarius ait, hoc habet proprium eccleſia quod dum perſecutionem patitur floret: dum opprimitur creſcit: dum contemnitur perſiſtit: dum læditur vin-

*In Sermo. de grano Synapis.*

*Sermo. xxxiij. ſuper Cant.*

*Vij. de Trini.*



cit: dum arguitur intelligit: tũc ſtat cum ſuperari videtur. Et ambroſius ait. fortaſſe cum perſecutiones non patimur tanq; condemnati habemur quia nequaq; pie viuere volumus in Chriſto. Vtiq; cum ſit definita ſententia, q; omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutiones patiuntur: videtur is qui perſecutiones non patitur abdicatus, quod non ſit piç intentionis in Chriſto. Deuotionem enim fidei prelia perſequuntur: ſi nũc deſunt certamina, vereor ne deeſſe videatur qui certare deſideret. Omnia inquit præcepta tua veritas. Quæ præcepta, niſi illa: ſi me perſecuti ſunt & vos perſequentur? Hæc precepta Dauid licet anterior incarnationis dominicæ ſacramento, iam audiebat in ſpiritu: ideo ſe offerebat certaminibus. Fides enim inexercitata langueſcit. Pax fidei corruptelæ materia eſt. In pace plures perſecutiones eſſe ceperũt. Nullus erat tempore perſecutionis adulator. Non vacabat animo corporis delectatione diſſolui. Ideo apoſtoli exultabãt in contumelijs: Non illis erat cura de patrimonio, ſtudium de poteſtatibus & honoribus, non de prælatione quæ etiam iuſtos exagitare conſueuit: ſed ille ſe præferri putabat, qui eſſet pluribꝰ verberibus flagellatus. Hęc mellifluus Ambroſius dulciter dicit ſuper mel & fauũ. Hinc eſt q; ſerui Chriſti pro magna gratia & vera proſperitate accipiũt tribulationes: ipſam proſperitatem reputantes ſibi aduerſam. Vnde vbi nos legimus: proſperum iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum, Fœlix ex beati patris Auguſtini familia eruditiſsimus ex hebraico vertit: aggrauabit nos deus ſalute noſtra: id eſt pro onere nobis imponet ſalutem noſtrã. Vere dulce onus, & proſperũ, & leue. Merito dulceſcere debet ſi quid amari cõtingat. Sũt enim onera quę leuitatẽ pręſtant, vt ſeraphicus Bonauentura ait, vt alę auibus, rotæ curribus vela nauibus, pœnæ ſagittis. Suaue vtiq; iugum quod operatur ſalutem noſtram: quod & ipſe Chri-

*Super Pſal. cxviij. in corpo. Verſus. Quia mandata tua veritas.*

*Pſal. lxviij.*

*In fine. iij. ſent. in reſpõ. ad ultimum.*

ſtus nobiſcum portat: immo & nos ipſos ferentes iugum
portat. Vnde hunc eundem verſum Hieronymus iuxta
hebraicam veritatem transferens non diſpari ſenſu dicit.
Portabit nos deus ſalutis noſtræ. Vtiq; ſicut mater filiolū,
ſicut paſtor in ſynū ſuū leuabit agnos, fœtas ipſe portabit
ſicut aquila pullos ſuos portat ſuper dorſum: vt ſi proii=
ciatur ſagitta ab inferioribus ipſa recipiat eam priuſ=
Cap. xix. quam pulli: vt dicit gloſa ſuper id exodi. Vos ipſi vidiſtis
quæ fecerim AEgyptijs, quomodo portauerim vos ſuper
alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. Sic enim quaſi per=
cuſſus clamabat olim Saulo. Quid me pſequeris? Nec alia
comparatio eſt ad hoc mihi dulcior: ꝗ̃ bouis fortis qui iu
iugo iunctus vitulo tenero & adhuc indomito, vt illum
ad arandum aſſuefaciat: non tantum iugum portat ſed &
ipſum vitulum, licet renitētem, vi quadam trahit. Hoc vti
Cap. xxvi. ꝗ̃ Eſaias intellexit cum dixit. Omnia opera noſtra ope=
ratus es nobis. Hoc ipſa ſponſa optabat dicens trahe me
Cant. i. poſt te. Nec eſt ad hoc incongrua figura, in hoc quod de9
dicit̄ adiuuiſſe leuitas in portatione arcæ. Vbi Lira notat
i. Paral. xv. hebreos dicere quod diuina virtute arca portabat ſe ipſam
id eſt quod ſic portabatur quod leuitæ nullum pondus
ſubſtinebant: & pro hoc miraculo fiebat immolatio illa
ſeptem taurorum et arietum. Rogo te quod onus ſentiebat
Laurētius cum diceret: aſſatum eſt iam verſa & māduca:
quod onus ſentiebat Vincentius cū datiano querenti vbi
conſpiceret corpus ſuum in eculeo diſtentum & diſſipa=
tum reſpondit? In ſublimibus ago, & iſtos principes tuos
in huius ſeculi poteſtate fidentes altior deſpicio. Itaq; pro
ſpera eſt valde ipſa aduerſitas diligentibus deum, adeo vt
ad ipſam, dignitas quędam in ſuſcipiēte requiratur. Sicut
enim ad magnas prefecturas non ſolent viles perſonæ aſ=
ſumi: ſed fit prius quæſtio de dignitate perſonę: ſic reve=
ra dignitas quædam requiritur in anima vt pro Chriſto



tribuletur. Ideo gaudebant apoſtoli quoniā digni habiti Act. v.
ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et paulus con=
gaudens Philipenſibus dicebat. Vobis donatum eſt pro Cap. i.
Chriſto vt non ſolum in eum credatis, ſed vt etiam pro il
lo patiamini. Nec pigebit me quaſi pro dulci ſigillo adde=
re Ambroſij verba ſuper id. Tribulatio & anguſtia inue= Sermo. xviij.
nerunt me. Ait enim Quærunt tribulationes iuſtum & in ſuper Pſal. c=
terdum inueniūt, interdum non inueniūt eum: inuenitur xviij.
cui corona debetur: non inuenitur qui idoneus certamini
non probatur. Tribulatio igitur velut quædam gratia
eſt, deniq; ſacrificium deo ſpiritus contribulatus: hæc ille.
Vere magna eſt gratia illa nam ſi vt in Machabeorum li= ij. Macha. vi.
bro dicitur: multo tempore non ſinere peccatoribus ex
ſententia agere ſed ſtatim vltiones adhibere magni benefi
cij eſt inditium: quanto euidentius excellentis gratiæ in=
ditium eſt pro ipſa iuſtitia perſecutionem pati? At dices, de
ſunt iā deo propicio tyranni qui nos pro fide Chriſti per
ſequantur? Vtiq; carneis oculis deſunt non ſpiritualibus:
ſed fidem meam tentari credo cum me pulſat ſuperbia, li=
bido, ambitio, leuis appetitus, aut complacentia popula=
ris applauſus. Cū mihi ſuggeritur vt magis attendā quid
homines iudicent ꝗ̃ quid deus probet, & non conſydero
ꝙ qui laudatur ab hominibus reprobante deo: non libe=
rabitur ab hominibus condēnante deo, nec verecundor
audiens gentilem dicentem, quod ſapiens non it qua po= Seneca. ij. lib. de Iranus. vir
pulus, ſed vt ſydera errantia contrārium mundo iter intē= tæ.
dunt: ita hic aduerſus opinionem omnium vadit; & ita nō
æſtimat iniuriam vt populus. Cū pretextu cuiuſdam pru=
dētię (quæ vere eſt animalis & non cœleſtis) ne ab homini=
bus mordeamur ad diuina guſtanda parum anhelamus:
& cum vix ceperimus iter crucis ingredi, pedem retrahi=
mus, eo ipſo quod tepide viuentes non progredimur: lu=
gentibus ipſis vijs ſyon eo quod non ſint qui tranſeant ad

Exod. xij. ubi Lyra notat q̃ in hebreo

In Hebræo legitur cū amaritudinibus, ubi nos dicim⁹ cum lactucis aggreſtibus.

ſolennitatem. Metu enim amaritudinum cum quibus agnus cōmedi præcipitur, eſum agni vere reſpuim⁹ paſchalis ſolemnitatis expertes. Sed ſi fides in nobis vera & viua eſt, non timebimus omnia noſtra, imo & nos ipſos vendere, & pœnitus abnegare: vt margaritam reperiamus quę in mari tribulationum latet. Chriſtum dico, cuius vita continua crux fuit, ex quo rore ſpiritus ſancti intra virginalis vteri concham conceptus eſt. Quem qui amant: inundationes maris quaſi lac ſugent, vt in Deuteronomio dicitur: quia dulcia reputabunt amara mundi, hanc immutationem faciente dextera excelſi, vt lac dulce ſumatur de amaro mari, vt notat interlinealis. Vnde Chriſtus ipſe seraphico patri Frãciſco dixiſſe legitur. Franciſce ſi vis noſſe me, ſume amara pro dulcibus. Ecce ergo q̃ recte fides camiſiæ comparatur: tum quia prima virtus, tum etiam quia tenuis & ſubtilis, ſed præcipue quia tunſionibus varijs albeſcit, O ſi virgo non obliuiſceretur huius ornamēti, q̃ vere non obliuiſceretur Chriſti. Quanta victoria potiret in omni tentatiõe. Nec opus eſt multa ad hoc adducere teſtimonia cum Paulus ad Hebreos latiſsime proſequatur, quæ mirabilia ſancti per fidem fecerint vincentes regna: quæ & nos conuenit imitari, vincendo nunc mundum, obturando ora leonum rugientium qui nos quottidie circuunt: extinguendo impetum ignis carnalis concupiſcentiæ, & cætera bella vincendo quæ intra nos & cõtra nos excitantur. Domum enim plenam bellis vocat ſacer Antonius abbas corpus noſtrum in ſuis epiſtolis. Et quidem vt verum fatear omni tentationi ſufficiens remedium eſt: ſi inimico reſpondeas. CHRISTIANVS SVM. Cū te pulſat ſuperbia reſponde. CHRISTIANVS SVM, ad quem attinet a CHRISTO diſcere humilitatem. Cum te auaritia accendit: reſponde. CHRITIANVS

cap. xxxiij.

cap. xi.



ſum pauperis Chriſti diſcipulus, qui non habeo hic manentē ciuitatem, ſed futurã inquiro: expectans reſurrectionē mortuorū & vitã vēturi ſeculi. Cum te libido inflamat reſpõde: CHRISTIANVS SVM, nec decet ſub capite ſpinoſo fieri mēbra delicata. In oĩ tentatiõe reſpõde demoni, CHRISTIANVS SVM. Simul & attēde, quid eſt Chriſtianum eſſe. Nam vt pulcre ſanctus martyr Tyburtius dixit inuehens in Torquatū, qui ſe Chriſtianum eſſe fingebat: virtus nominis ſacri grauiter fert & moleſte, ſanctum nomen a nõ ſuis moribus vſurpatum. Reuera enim hoc Chriſtiani vocabulum diuinæ virtutis eſt, ſectatorū ſcilicet Chriſti, qui vere philoſophi facti, ad obterēdas libidines fortiter dimicarūt. Vnde Ambroſius ait, Chriſtianū cum dico, perfectum dico: in Chriſto enim plenitudo diuinitatis eſt, cuius nomē vſurpas. Qui vocabulū geris, interpretationem vocabuli perfectionemq̃ cur refugis? Imitandus quippe eſſet nobis illuſtris ille dei athletha re ſimul & nomine ſctūs Chriſti dyachonus qui vt in Eccleſiaſtica hyſtoria legimus ad omnē perſecutorū interrogationē quantumlibet variã hoc ſolū reſpondebat. CHRISTIANVS SVM. Hoc, inquit, mihi patria, hoc mihi genus eſt, nec aliud ſcio niſi q̃ CHRISTIANVS SVM. In quo inſigne & notatu dignū miraculū Chriſtus effecit, vt qui ex primo tormēto euaſerat ſine ſpecie & decore, ita mõſtruoſus, vt nec homo reputaretur alio indicio, niſi quod ſemper illa vox eius audiebatur, CHRISTIANVS SVM: iterato tormēto, quo ſuper liuorē vulnerū vulnera addenda erãt, incolumis & pulcher apparuit, quaſi ſequentia vulnera fuiſſent medicina priorum: & cum conſuendus putabatur, ortus eſt vt lucifer: deo oſtendente fidei eſſe vim inſuparabilem & cõtra omnem aſtuciam inimici fortiſſimum muninen.

Sermone xiij super Pſal. 118.

Lib. 5. cap. 1.

## CAPVT II.

IN HOC CAP. SECVNDVM ORNAMENtum ponitur, *& eſt Faſcia pectoralis, quæ utilis eſt ad ſtringendum camiſiam, ut corpus cui adhereet caleſiat: & ubera ipſa componit, ne indecenter effluant, ſed ſponſo placeant, per quam attentio & conſideratio circa Fidem uel quæ fidei ſunt ſignificantur. His nanq; cor ſolicite & attente cuſtoditur, in quorum expoſitione varia notatu digna ex hyſtoria & doctrina ſacræ Scripturæ ſpiritualiter intellecta, diuinitus adducuntur.*

*Faſcia.*

SECVNDVM ORnamentū eſt Faſcia pectoralis, cuius ſpiritualiter meminit Hieremias dicens: quod non obliuiſcitur eius ſponſa. Hæc vtilis eſt valde ad ſtringendā ipſam camiſiam, vt corpus cui adhereret caleſiat, & vbera ipſa componit ne effluant indecenter. Hoc ornamentum eſt cordis attenta cuſtodia qua ſicut ſeruantur & ſtringuntur cogitatiões fideles, ita arceantur extraneę. Hęc facit vt camiſia fidei hereat animæ & calefaciat eam, dum diligēti attentione quæ fidei ſunt cogitantur, & per hanc fiūt pulchræ mamę conſiderationū & affectionum noſtrarū, vt placeant ſponſo. Et quidem ſicut aliud eſt Chriſti corpus & ſanguinem ſacramentaliter ſumere, aliud eſt corpus & ſanguinem Chriſti animæ viſceribus adherere: ſic aliud eſt fidē habere, & aliud eſt fidem viſceribus animæ per diligentem & attentam ſui cōſiderationem adherere. Ideo ſicut ſacerdos poſt ſacram cōmunionē orat dicens: Corpus tuum Domine quod ſumpſi, & ſangnis quem potaui, adhereat viſceribus meis, & reliqua quæ ſequūtur: ſic omni Chriſtiano orandum eſt, Fides tua domine, quam in baptiſmo ſumpſi &



doctrina tua quam potaui adhęreat viſceribus meis. Sic enim fiet vt non remaneat in me ſcelerum macula quem tam pura & tam ſancta refecerint fidei ſacramenta. Et quidem non incongrue Chriſti doctrinam ſacramentis corporis & ſanguinis Chriſti cōparamus, ſi attēdamus quid ordinaria dicat ſupra id quod in Numeris dicitur de po- *Num.xxiij.*
pulo Dei. Non accubabit donec deuoret predā & occiſorum ſanguinem bibat. Ait enim quia niſi manducauerimus carnem filii hominis, & biberimus eius ſanguinem non habebimus vitam in nobis. Caro enim eius vere eſt cibus & ſanguis eius vere eſt potus in quibus eſt ſpiritus & vita qui vulneratus eſt propter peccata noſtra. Sanguinem eius bibimus non ſolum ſacramentorum ritu, ſed etiam cum ſermones eius recipimus in quibus eſt ſpiritus & vita. Eſt ergo ipſe vulneratus cuius nos ſanguinem, id eſt doctrinæ verba ſuſcipimus: & illi omnes vulnerati ſunt, qui nobis verbum eius prædicauerunt. Ipſorū enim, id eſt Apoſtolorum eius verba cum legimus, & vitam ex eis conſequimur, vulneratorum ſanguinem bibimus. Hæc ibi. Nec mirum ſi ſanguis Chriſti dicātur verba quę ſunt feces vitæ qua Chriſtus in nobis viuit habitans per fidem in corde noſtro, & quæ tanto ſanguine Chriſti & ſuorum plantata ſunt in nobis, & tam innumeris mortibus confirmata, vt nos ſanguinem vuæ Euangelicæ biberemus meraciſſimū. Iam attendamus quale periculum eſt pro hoc ſanguine conſeruando non reſiſtere peccato, etiam vſq; ad ſanguinē. Magni periculi rem dicit eſſe beatus Maximus, *In ſermone*
ſi poſt Prophetarū oracula, poſt Apoſtolorū teſtimonia, *Martyrum.*
poſt martyrum vulnera, veterem fidem quaſi nouellam diſcutere præſumas: & poſt tam manifeſtos duces in errore permaneas: & poſt morientium ſudores, ocioſa diſputatione contendas. Sed & magni etiam periculi rem eſſe credo ſi verba tantorum ſanguine iurata, opere

*Vide Aug. in li. 50. Homeliarum homeli. 26. & habetur in decreto. i. queſt. i. interrogo.*

nõ adimplendo contemnamus: nã reliquias verborũ Chri
ſti, nec Cyprianus, nec Auguſtinus luminaria illuſtriſſima
eccleſiæ verentur reliquiis ſanguinis & corporis Chriſti
aperte cõparare. Vere ergo dignum & iuſtum eſt ęquum
& ſalutare, vt faſcia attentæ cuſtodiæ hereat animæ. Ideo
quippe non proficimus, ideo fera peſſima tepiditatis,
quæ inimica eſt totius boni & deſtructrix omnis ſpiritua-
lis fortitudinis, deuorat Ioſeph noſtrum, ideſt augmentũ
& profectum noſtrum, quia hac Faſcia non ſtringitur Fi-
des, ſed verbo tenus: quę fidei ſunt quotidie cõfitentes vel
minimum eius myſterium, vt dignũ eſt, nõ ruminamus.
Quale enim eſſet ſi (vt exẽpli cauſa dicamus) ſe ipſum ho
mo attẽderet oculis fidei! Quã viuidus calor nos inflama
ret, ſi vel hac parte Faſcia ſtringeret & hęreret nobis! Si cõſi
derares quam grande miraculum ſit homo in medio infer
norum & cœleſtium poſitus, & tam a Babyloniæ ciuibus
quam ab incolis ſupernæ Hieruſalem expetitus, quotidia-
na & indicibili ſolicitudine tam demonum in circuitu
noſtro rugentium, quam angelorum nos etiam in circui-
tu inſtar montium munientiũ, & manus adiutrices vt ad
cœlum erigamur porrigentium. O ſi attenderes quale es
Dei ſignaculum, & quanto Dei conſilio ad imaginem &
ſimilitudinem ſuam factum: vt vel ex hoc diſceres conſiliũ
Dei in tuis operibus ſequi & nõ precipitanter agere, quod
Deus qui omnia fecit verbo ſuo, te non ſine conſilio, ſed
maiori quoddã ſtudio & ſpũali quoddã adhortatu crea-
uit; quaſi finem ſuorũ operum, ſine quo euanuerat rerũ na
tura, niſi homo qui ea vteretur diuina prouidentia eſſet ad-
iectus. Cætera non leguntur feciſſe manus Dei: ſed verbo
dixit & facta ſunt. Ait tamẽ Dauid: manus tuæ fecerunt me
& plaſmauerunt me. Et cum manu dicatur ſolidaſſe cœlũ,
in hoĩs cõſtitutione videtur nõ abundare, quod toti mun
do, vt fieret, abundauit. Nam cœlũ vna fundauit manu, in-

*Hæc ex Ambroſio ſuper illud: manus tuæ fecerũt me, ſumpta ſũt. Nec obſtat ponderatiõi Ambro. quod in*



quit Ambroſius, et vtraq; dei manus hominem figurauit.
O homo, ſi te attenderes ſtatura in cœlum erectum, quẽ in
omni loco oculi domini contemplantur ſole lucidiores: cu
ius numerantur adeo opera & greſſus, & verba, & cogita-
tiones, vt quæ citiſsime nunc tranſeunt, condigna in ęter-
num iudicij conſcripti remuneret ęquitate. O homo qui
ad tantum regnũ creatus es quid detineris in ſtabulo! Num
quid filius regis cuius eſſet ad imperium (licet interim
exularet in vili oppidulo inter ruſticanos nutritus agrico
las) aut ambiret, aut magni penderet primum inter agrico
las locum, aut tumeret de vili inter ruſticos principatu! abſ
ſit. An non attendis quantum ſit quod vel ſpe ſola nunc ſal-
ui facti ſumus! Audi Paulum dicentem. gloriamur in ſpe
gloriæ filiorũ dei. Non ait gloriamur in gloria filiorum
dei: ſed in ſpe gloriæ. Tanta eſt enim illa gloria vt merito
in ſola ſpe eius ſit abſq; vlla comparatione magis glorian-
dum q̃ in plena & ſecura poſſeſsione monarchiæ mundi
huius; erat q; illa gloriatio in Paulo ita redundans, vt pro
pter eam gloriaretur & in tribulationibus potens adhuc
redundantia mirifica conſolari eos qui in omni præſſura
ſunt. Cum tamen mundi gloriatio & conſolatio ſuperue-
niente tribulatione ſopiatur & vix dum habetur ſufficiat
poſsidenti. Crede mihi o homo ſi ſancta ſuperbia attende-
remus q̃ magnifice fides noſtra ſentit de homine: ſi faſcia
intentæ cogitationis primum fidei ornamentum animæ
adhæreret: ſi inſtar virginis virginum verba fidei conſer-
uaremus, conferentes in corde noſtro viſibilia figurę mũ-
di huius, quæ præterit, inuiſibilibus quæ ſperamus, nõ ſo
lum dedignaremur conſentire vilitati peccati, ſed & ipſi
demoni indignaremur valde, cum auderet nobis quæ mũ
di ſunt ſuggerere. Huius generoſæ indignationis affectu
dicebat Dauid. In domino confido, quomodo dicitis ani
mæ meę tranſmigra in montem ſicut paſſer! Vbi non leui

*Ad Rom. V.* (beside "gloriamur in ſpe")

*ij. ad Corin. i.* (beside "ſunt. Cum tamen")

*Pſalm. x.* (beside "mæ meę tranſmigra")

ter ponderanda eſt affectus Dauitici & vere regij vehemē-
tia. Non enim ait quomodo tranſmigrabit anima mea a
nido humilitatis in montem ſuperbiæ peſtiferum, in quē
aſcendit lucifer: ſed quomodo (inquit) dicitis quomodo
audetis mihi vel dicere rem deteſtabiliſsimam, quam corā
me nec nominare deberetis: vt ſcilicet inſtar paſſeris con-
tempto nido vagabundus incedens & quę mundi ſunt ap-
petēs a vobis de omnibus occidar, quaſi a peſsimis ſagitta-
rijs: qui intenditis arcum & abſconditis ſagittas in phare-
tra cupiditate nocendi in occulto, diſsimulantes damna
quæ miſeram peccati dulcedinem conſequuntur: & quaſi
inermes vos oſtendentes ex aduerſo ad deum, qui in ipſo-
met arcu ſuo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus
effecit, clare minans antequam feriat, quaſi data metuentibus
ſignificatione, vt fugiāt a facie arcus. Secura eſt turtur in ni-
do & columba in foramine petrę. Non emigrabo, ſed in-
ſup indignor quod talia audetis ſuggerere. Quomodo in-
quit dicitis animæ meæ tranſmigra in montem ſicut paſ-
ſer? eſt quippe in hijs verbis quaſi actio iniuriarum apud
Iudicem ſummū, quod hominem dei filium & chriſti co-
hęredem audeat demon ad turpiſsimi ſcorti inuitare con-
nubia: in quo nō leue opprobrium ſentit ſibi fieri anima
iuſti, clamans ex corde. Aufer a me opprobrium & contē-
Gen. iiij. ptum quia teſtimonia tua exquiſiui. Equidem qui faſcia
pectorali caremus vel cum Cain egredientes a facie Dei
Gene. xxxiiij. vel cum Dina exeūtes cum periculo caſtimoniæ cordis ad
vidēdum mulieres alienigenas vel cum Semei relicta Hie-
iij. Reg. ij. roſolima euntes poſt ſeruos fugitiuos, & parum de cordis
cuſtodia curantes hos affectus minime ſentimus. Sed ſi fer-
uor pectoris eſſet in nobis ipſi demones non facile aude-
rent quæ vana ſunt nobis proponere: ſicut nec muſcæ acce-
dunt ad ollam dum feruet, quæ tamen morientes perdunt
ſuauitatem vnguenti tepidi. Vnde præclare beatus Gre-



gorius prędicatorum prędicator egregius exponens quid
ſit quod amici Iob cum viderunt dolorem eius eſſe vehe-
mentem non loquebantur ei verbum: poſtquam declarauit
quod per amicos Iob ſignantur vitia, quæ occultantur ſpecie Hoc ſūpſit or-
virtutum, ait. Vehementer dolenti non loquebantur ami- dinaria ex lib.
ci verbum. Si enim cor vere dolet vitia contra nos non ob- iij. Mora. bea-
ſtrepunt. O magnifica et mira ſententia. Signum enim cer- ti Grego. ca.
tiſsimum tepiditatis noſtrę eſt, cum inuerecunde & leui- ulti. ubi latius
ter nos aggrediuntur. Nec enim grauem & honeſtam fœ- habetur.
minam, in qua nulla ſigna leuitatis apparent, audent leno-
nes ad turpia inuitare, aut ſi audent, vel ſolo geſtu indignā-
tis confunduntur. Sic miſtici lenones confuſi diſcedunt,
cum audiunt feruentem animam dicentem: quomodo di-
citis animæ meæ tranſmigra in montem ſicut paſſer? et ſi-
cut vehementer dolenti non loquuntur illi ſubdoli & one-
roſi amici verbum, ſic nec vehementer deum timenti, nec
vehementer amanti loqui audent: ſed dum tepeſcimus om-
nibus vitijs aditum paramus, et demoni audatiam damus.
Huius autem teporis cauſa, eſt deffectus faſcię. Nec abſone
aliqui theologi omnis peccati radicem dicunt eſſe negli-
gentiam conſiderationis. Ideo vt ordinaria notat bene Iſ- ij. Reg. iiij.
boſeth dicitur, qui mulierem habuit hoſtiariam. Vir enim
eſt confuſionis (iuxta interpretationē) Iſboſeth, qui mol-
lem cuſtodiam in muliere ſignatam ponit ad mentis adi-
tum. Illa quidem dormiente, nec bene purgante triticum,
patuit aditus principibus latronum ad interitum Iſbo-
ſeth. At cōtra non confundetur, qui vigilans loquetur ini-
micis ſuis in porta, quaſi in iudicio examinans qualis ſit
cogitatio, quę vel leuiter ſuſurret ad hoſtiū cordis: ſit ne eius
ingreſſus pacificus an non. Nam vt dicit interlinealis ſu-
per illa Iob: contererentur in porta: quondam in portis vr- Cap. V.
bium ſedebant iudices, prouidētes ne quis ingrederetur
iniuſte vel inde repelleretur. Sic ſic ſolerter vigilandum eſt

ad hoſtium cordis ne quis accedat qui vel ſolo ſtrepitu poſ
ſit inquietare regem Chriſtum. Nec hoc prouidendum eſt
ſero ſicut Abner ſero expergefact9 dixit ad Dauid. Quis
es tu qui clamas & inquietas regem? Somno enim grauat9
i Reg.xxvi. non ſenſerat Dauid cum Abyſai venientem nec haſtam &
ciphum regis tollẽtem: & vix clamore Dauid expergefa-
ctus tunc de inquietatione regis cœpit eſſe ſollicitus, cũ rex
fuiſſet etiam occiſus, ſi non grandis charitas Dauid inimi
co peperciſſet, & Abiſai cum lancea per fodere volenti ob-
ſtitiſſet: ꝓpter quod merito Dauid dixit. Viuit dominus
quoniam filij mortis eſtis vos, quia non cuſtodiſtis domi
num veſtrũ Chriſtũ domini. Tales ſunt multi hodie (qui
vt in prouerbio dicitur) amiſſo equo diligenter claudunt
ſtabulum, & tunc de pacientia cogitare incipiunt, cum pa
cem cordis perdiderunt. Non ſic, non ſic, tantus rex cuſto
diendus eſt, cuius in pace factus eſt locus eius: ſed ſolerter
attendendę ſunt etiam venæ ſuſurrij inimicorũ, ne veniat
mihi pes ſuberbię, & manus peccatoris non moueat me.
Et cauendum eſt, ne qua cogitatio ſacco vilitatis peccati in
duta, in palatium veri Aſſueri, quod eſt cor noſtrum, in-
grędiatur. Nec enim alia eſt digna apparere ante eum, niſi
Heſter.iiij. quam ipſe Chriſtus ſuo auxilio & gratia præueniente ex-
citat, quaſi virgam in ſignum clementiæ oſtendens. Neq;
enim ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi
ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Ideo ſemper in
multa ſollicitudine ſupplicandum eſt ei, quod faciem ſuã
amabilem ſuper ſeruos ſuos illuſtret & illuminet vultum
ſuum plenum gratiarum ſuper nos: vt ſic digne cuſtodia-
tur cor noſtrum. Cum enim eſt in nobis ad deum attentio
iuncta cum humili ſupplicatione, bene cuſtoditur cor no-
Cap.xv. ſtrum. Cuius pulchra figura in primo Paralipo. lib. prçceſ
ſit. Vbi Barachias & Helcana dicuntur Ianitores arcæ dũ
portabatur de domo Obededon. Quia (vt dicit Lira) dũ



arca ferebatur, cauebant ne aliqui indebite appropinqua-
rent. Barachias enim interpretatur, genu flectens domi- Sequor inter-
no, ideo Typum tenet orationis: Helcana vero, deus nidus prætationes.
eius, ideo recte ſignificat attentionem per quam cor non Copluti exa-
vagatur, quaſi paſſer inquietus huc et illuc volitans: ſed ad minatas.
deum quaſi ad nidum tendit. Et cum hi duo ſunt ianito-
res in nobis, tunc vere eſt cor noſtrum ſicut lectulus Salo- Cant.iij.
monis cuſtoditum, quod ſexaginta fortes ambiunt ex for
tiſsimis Iſrael, omnes tenentes gladios & ad bella doctiſsi
mi: vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum propter timores
nocturnos. Valent enim illi duo Barachias & Helcana ſi
myſteria attendas tantum quantum ſexaginta fortes am-
bientes lectulum Salomonis. In his enim & in illis perfe-
cta cuſtodia arcæ domini ſignificatur. Nec eſt ad propoſi
tum abſona expoſitio Liræ: qui dicit, per hos ſexaginta
fortes intelligi ſexagies decem millia, quæ faciunt ſexcen
ta millia pugnatorum, qui excubabant circa tabernaculũ Num.ij.
cum alijs paucis quos dicit hic ob minutias numeri omit-
ti. Et ꝙ ponitur hic vnus fortis pro decẽ millibus, eo mo-
do quo ad Dauid dictum eſt: tu vnus pro decem millibus ij.Reg.xv.ij.
computaris. Sed vt dixi, Barachias & Helcana tantum va-
lent ad hoc quantum ſexcenta millia pugnatorum, qui nu
merus perfectus eſt tã ex parte millenarij ꝙ̃ ſenarij: & per-
fecta cuſtodia cordis in illis duobus eſt, & (niſi fallor) om-
nis illa tam diligenter diſtributa caſtrorum ordinatio cir-
ca tabernaculum domini, quę in numeris legitur, prçclara
figura eſt ſollicitæ & vigilantis cuſtodiæ, qua omni viriũ
noſtrarum conatu cor noſtrum, quod eſt verum Dei taber
naculum, ſeruandum eſt. Quod ſi minutatim mihi expli
candum eſſet, quæ excubię ſint verſus oriens ponẽdæ, quæ
ad occidens, quæ ad aquilonem, vnde panditur omne ma
lum, quę ad meridiem, vnde ſicut vere ſolet flare deſidera
bilis ſponſę auſter, ſic aliquãdo incautos ſolet decipere an

gelus Sathanę transſiguratus in angelum lucis, & factus de
monium meridianum: ſi inquam explicandum eſſet qua=
liter ad Dei iuſſum ſonantibus tubis mouenda ſunt caſtra,
vt Dei tabernaculum ſecure peragat huius deſerti manſio=
nes: operoſiori & prolixiori labore opus eſſet, q̃ tractatu
li huius anguſtia patiatur. Quod ſi vis ſub breuibus huius
cuſtodiæ exempla accipere audi. Barachiam cuſtodem ha
bebat Dauid, cum dicebat, genua animæ ſuæ & corporis
Pſal. xvi. flectens deo. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me vt pu
pillam oculi. Nam ſicut pupilla licet ſit tenerrima & facil
lime lædatur omni puluiſculo: tamen ob cuſtodiam pelli
culæ id eſt cilij & etiam ſupercilij, quod eſt velut tectum de
ſuper ſitum, ita ſeruatur naturæ diligentia vt rariſsime ſen
tiat ab extrinſeco læſionem: ſic Dauid licet ſe ſciret qua=
ſi hominem nimis mollem eſſe, & nocumenti ſuſceptibilē
a tranſuolantibus cogitationibus: dei tamen cuſtodia tu=
tum ſe eſſe credebat. Helchanam quoq; habebat cuſtodē,
cum attentionem animæ ad deum eleuans, & ad ipſum in=
ſtar columbę, quę aduolans quaſi ad nidum ſuum, nō in=
Pſal. lxxxiij. ueniēs alibi vbi requieſceret pes eius, dicebat. Audiā quid
loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem
in plebem ſuam; & ſuper ſanctos ſuos & in eos qui cōuer=
tuntur ad cor. Vbi alia tranſlatio legit, ad ipſum. Idem
enim eſt conuerti ad cor, & conuerti ad ipſum. Barachias
facit vt deo loquamur; Helchana facit vt deum audiamus.
Et talibus cuſtodibus ita erat cuſtodita anima Dauid, vt di
Pſal. cxviij. ceret. Anima mea in manibus meis ſemper, id eſt, valde eā
cuſtodio, & ante oculos habeo, & eam tibi offero, quaſi ho
ſtiam ſacerdos eleuatis manibus operum. Et quia in hac ta
li cuſtodia etiam omnis alia includitur, & ſi ſit ſexaginta
fortium: Salomon cuſtodiam veram cordis omnem cuſto
Prouer. iiij diam appellabat, magno verborum pondere dicens. Fili=



mi auſculta Sermones meos, & ad eloquia mea inclina au
rem tuam: ne recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio
cordis tui; vita enim ſunt inuenientibus ea &, vniuerſæ car
ni ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita
procedit. Quę vita? vtiq; illa de qua ſcriptum eſt: quod fa=
ctum eſt in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum. O rem
grandem & pro cordis cuſtodia notatu digniſsimam. Ex
illo enim corde, ex quo, dum non cuſtoditur, dixit Chri= Math. v.
ſtus procedere cogitationes malas: homicidia, adulteria,
fornicationes, furta, falſa teſtimonia & blaſſemias; ex illo
cuſtodito vita eterna procedit. Quia ipſe filius Dei qui eter
naliter a patre procedit, ab anima verbigena dignatur dū
cor cuſtodit, ſpiritualiter procedere; adeo vt filius eius di=
catur, eructante corde animæ illud verbum bonum, quod
ipſum cor dei ab ęterno eructauit. Et hanc miram mater=
nitatem Dei, qua beatior prædicatur a Sancto patre Augu In lib. de ſan. uirgini. ca. iij.
ſtino Maria, verbum mente cuſtodiendo, q̃ carne geſtan=
do: voluit magnificari Chriſtus, cum extollente vocem
muliere & dicente: beatus venter qui te portavit, & vbera
quę ſuxiſti: quinimmo, ait Chriſtus, beati qui audiunt ver Luc. xi.
bum Dei & cuſtodiunt illud. Ipſum enim verbum Dei &
verbum Deus dum per fidem, quam diximus eſſe camiſ=
ſiam, auditur, & per faſciam cuſtoditur: facit vere beatum
ventrem animę id eſt cor ex quo procedit, & vbera quę ſu=
git, donec grandeſcat ipſe in nobis. Et vt verum fatear,
non tantum hæc vita diuina ex corde cuſtodito proce=
dit; ſed etiā vita temporalis quæ recta & ordinata eſt ex cor
de cuſtodito procedit. Nam licet in omni viuente cor ſit
principium naturalis vitæ: ſi tamen oculos aperias, non
tantum quis viuere dicendus eſt, quantū cor membra na=
turali influxu viuificat: ſed quantū cor ipſum cuſtoditū o=
mnia opera hominis in deū dirigit. Alia enim vita cū bru

*In lib. de breuita. uitæ.* tis nobis communis eſt, Nam ſicut teſte Seneca, non dici
tur multum nauigaſſe, qui multo tempore iactatur in ma-
ri diuerſis ventis circumagitatus: ſed tantū nauigatur quā
tum recto itinere pergitur ad portum: ſic reuera non tan-
tum viuimus quantum in mundo vagamur, ſed quantū
corde cuſtodito in deum, qui eſt noſter portus & finis, ten-
dimus.

¶ Ecce ergo quam vtilis & neceſſaria eſt faſcia pectoralis,
qua anima aſtringatur attēta & ſollicita cordis cuſtodia
quæ cum defuerit dabitur (vt Eſaias dicit) pro faſcia pecto
rali cilicium, id eſt aſperitas cogitationum, quibus in infer
no cor damnatorum erit ligatum; quando (vt in euange-
lio dicitur) ligatis manibus & pedibus proijcietur in tene
*In. iiij. diſtin. xliiij. quæ. ij.* bras exteriores. Grauior enim eſt (vt dicit Scotus) hæc de
tentio intellectus, q̃ detentio localis in igne. Iuſta ſane pu
nitio vagantium corde & auertentium nunc illud a deo.
Sic econtra ſeruantibus cor dabitur magna cordis ampli-
*Cap. xxxviij.* tudo. Vnde ſuper id Iob: Nunquid noſti ſemitas nubium
magnas & perfectas ſcientias: notat ordinaria, ꝙ in prædi
catoribus, ſemitæ quibus ſe aſtringunt, ne vagētur per mū
di deſideria, ſunt magnæ, quia pro hoc dilatantur in cœlo,
& ꝙ perfecta ſcientia eſt cuncta ſollicite agere, & ſcire de
ſuis meritis nihil eſſe. Nec tantum dilatātur in cœlo ſed in
terra etiam, adeo vt perfectorum animis videatur ꝙ arcta
ſit via quę ducit ad infernum, & difficilis & anguſtijs ple-
na: & latiſsima via quæ ducit ad cœlum, per quam currūt
dilatato corde, lato mandato Dei nimis: licet alia conſide-
rando veriſsimum ſit, ꝙ arcta eſt via quæ ducit ad vitam.
O qualis erat latitudo in corde beati Benedicti cum ſub
*Libr. ij. dial. cap. xxxv.* vno radio diuini luminis vidit vniuerſum mundum. An-
guſta quippe eſt omnis creatura animæ videnti deum, vt
*Lib. iij. Vitæ beati Bernar. cap. iij.* dicit Gregorius. O qualis erat latitudo in corde beati Ber
nardi, cum ſub ſe videbat & clare intelligebat totam ſcri-



pturam diuinam. O qualis latitudo erat in diuino Hiero
nymo, cum poſt pectoris crebras tunſiones, gaudiis cœli
cis inter Angelos ſe præſentem videbat. O qualis latitudo *Epiſt. clxxxvi. quæ incipit, Audi filia.*
erat in beato patre Auguſtino, cum viſibila tranſiens in
beatæ Trinitatis gloriam totus ſuſpendebatur, ab eodem
Chriſti pectore ſugens myſteria, quæ Iohannes ibi reclina *Tract. i. ſuper Iohan.*
tus hauſerat, cum nouo illo & inſolito affectu perfuudeba-
tur, quem, ſi duraſſet, vitam ęternam efficere dicebat, cum
in pace in id ipſum dormiret, & requieſceret. O quam la- *ix. confe. c. iiij*
tum eſt cor ſanctorum quibus dicitur: regnum Dei intra
vos eſt, & in quibus non tantum dicitur Deus eſſe, ſed in
ambulare: ſicut ſcriptum eſt. Quoniam habitabo in eis &
in eis inambulabo. Neq; enim parum ponderandum eſt, *ij. ad Cor. vi. & Leu. xxvi.*
quod quem cœli cœlorum capere non poſſunt, dica-
tur inambulare in cordibus iuſtorum. Quæ
ideo dicta ſunt, vt pateat quod etiam in hac
vita ſunt ſemitę nubium magnę, & da-
tur magna cordis amplitudo &
magnificentia pro faſcia pe-
ctorali. Non quo obliuiſ-
catur virgo ornamēti
ſui & ſponſa faſcię
pectoralis ſui.

UNIVERSITAT DE GRANADA

## CAPVT III.

TERTIVM ORNAMENTVM EST TVNICA
*muliebris, quæ Hiſpane dicitur ſaya, o brial: quæ & iam dici-
tur Cyclas auro texta, ſignificata per illud Pſalmi, Aſtitit regina
a dextris tuis &c. Quæ (quia principalis eſt inter virginis orna-
menta) dat intelligere Charitatem, virtutum principem, quæ
animam regiam facit. Vbi de amore ſeruili & mercenario, de ca-
ſto & obedientiali: de firma dilectione, & infirma etiam, quæ
tempore tentationis deſerit. Vbi multa aduertenda ponit de animæ
tribulationibus, & dei adiutorio interno: multa etiam de chari-
tate ſcitu digna.*

*Cyclas auro texta.* TERTIVM ORNA-
mentum eſt tunica muliebris, quæ
Hiſpane dicitur, ſaya, o brial: quam
Agnes beatiſſima (vt exiſtimo) vo-
cat Cycladem auro textã, de qua in
*Pſal. xliiij.* Pſalmo dicitur. Aſtitit regina a dex-
tris tuis in veſtitũ de aurato circum
data varietate. Circa cuius verſus expoſitionẽ placet mihi
immorari, quia congruit huic tertio ornamento, quod eſt
Charitas. Nam ſicut charitas eſt regina virtutum, quia ma-
ior horum charitas: ita animam facit vere reginam, quia
quod ſeruilis timoris eſt, non eſt in charitate, licet ſit in ea
ille ſanctus timor qui permanet in ſeculum ſæculi, quo etiã
cœleſtes poteſtates tremunt. Hic enim ſanctus tremor pro-
*Titel. in. i. col.* prie pertinet ad latriam quæ (vt græce docti dicunt) ſic vo-
*Epiſt. ad Rom.* cata eſt a, trein, quod eſt tremere, eo quod valde tremẽtes
oportet nos Deũ colere. Sed hic tremor plenus eſt exulta-
tione, ſicut ſcriptum eſt: Lętetur cor meum, vt timeat no-
men tuum. Hic enim eſt timor, qui vt ſapiens ait, ſuper om-
*Eccleſia. xxv.* nia ſe ſuperpoſuit. Beatus cui donatũ eſt habere timorem



Domini. Hęc quidem eſt ſeruitus regia, non ſeruilis, quam
tribuit ipſa charitas, quæ (vt ſupra dixi) facit animam vere
reginam & erigit eã, vt ſtare dicatur. Non enim ſinit eam
in imis iacere, ſed eleuat ad dilectum, nec contenta eſt aſtare
a ſiniſtris Chriſti, vt olim inconſulte petebat alteri filiorũ
ſuorũ vxor Zebedei: licet in ſiniſtra eius ſint diuitiæ & glo- *Mat. xx.*
ria. Solam enim amat illam longitudinem dierũ intermi-
nabilem, quę neſcit defficere, ſciens quia hœdis datur ſini-
ſtra: & filiis concubinarũ dantur ab Abrahã munera glo- *Gen. xxv.*
rię cito periturę: cum interim in hac vita ducatur Iſaac di- *Gen. xxij.*
lectiſsimus lignis impoſitis oneratus, velut victima domi-
ni, in qua tamen nõ Iſaac id eſt ſpiritualis riſus, ſed gaudiũ
carnale, quod aries ſignificat, iugulatur. Qui bene inter
vepres dicitur fuiſſe: quia diuitiæ, quę ſunt ad ſiniſtram,
cum omni gloria ſua, ſpinę vocantur a Chriſto, licet ſint
(proh pudor) plurimi, qui eſſe ſub ſentibus delitias compu- *Luc. viij.*
tant. Nouit quod (vt bene ponderat Cyrillus ſuper leuiti- *Iob. xxx.*
cum) hircus Apompeyus peccatis oneratus vagari per cã- *ix. lib. aliqui*
pos quocunq; libuerit permittitur, cum ille qui de ſorte *tribuunt Orig.*
domini eſt, nõ ſpẽ gerens in preſenti ſeculo iugulatur. Scit
Iudæ reprobo dari a Chriſto in huius vitæ conuiuio bucel-
lam intinctam: cum interim electis detur panis durus & in- *Ioan. xiij.*
ſipidus tribulationũ. Et dum hic ſabbatizant filii huius
ſæculi: Chriſti diſcipuli in fame & penuria fricant ſpicas *Mat. xij.*
aſperas valde. Itaq; charitas non ſinit aſtare animã ad ſini-
ſtram, quia ſola diuidit inter filios regni & gehennæ: nec tã-
tum eam auertit ab hac ſiniſtra, quæ reproborum eſt, ſed
etiam in ipſa ſacra Chriſti humanitate, quę eſt velut ſiniſtra
in Iheſu, non permittit animam vltimate quieſcere: ſed
facit eam tranſire ad dexteram Deitatis. Sic enim & ipſe
Chriſtus dum precinctus miniſtrabit in cœlo, ſuis diui-
dens gradus glorię iuxta merita, tranſiturum ſe promiſit
in ſuo miniſterio: Vtiq; a paſcuis, quę dãtur egredietibus *Luc. xij.*

ad cõtemplationem humanitatis illius vt ſacratiſsimę, ad
paſcua quæ dantur ingredientibus ad arcana ſecretorum
& vere ſanctorũ ſancta, ad interiora illa velaminis, ad quæ
Ad Heb. vi. plus ſe extendit charitas quam ſpes, quæ a Paulo dicitur
illuc vſq; incedere: quippe quia charitas eſt amor liberior
qui amicitiæ dicitur: cum tamen ſit ſpes amor concupiſcē
tiæ quamuis ſanctę. Itaq; & Chriſtus qui miniſtrat tran-
ſit, & ipſi hoſpites tranſeunt: ſicut ſcriptũ eſt, tranſi hoſpes
Eccle. xxv. & orna menſam. Tranſeunt enim hoſpites, immo non
iam hoſpites, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei: vtiq;
vt aſtent ad dexteram, quia præclaras ducentes choreas
mirabili ludo, quo ille, cuius ſunt delitiæ cum filiis homi
num, delectatur corã patre, ludens coram eo omni tempo
Pſal. lxxij. re, & implens quod ſcriptũ eſt: Tenuiſti manum dexteram
meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria aſ-
ſumpſiſti me. Quid enim mihi eſt in cœlo, & a te quid vo-
lui ſuper terrã? defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis
mei & pars mea Deus in ęternum. Sicut enim ipſe Deus te-
net dexteram animæ in beatis quaſi pręcipuam: licet non
obliuiſcatur dare micas glorię redundantes ipſi carni qua
ſi ſiniſtræ, cum tempus ſecundæ ſtolæ aduenerit: ſic & ſan-
cti licet delectentur in ſiniſtra humanitatis: tranſeunt tamē
ad dexteram Deitatis, in qua eſt deffectus ille mirificus
cordis, quo ſemper gaudent ſe ſuperari ab infinito illo vo
luptatis pelago. Deũ enim non poſſe cõprehendi niſi a ſe
ipſo, ad maximã gloriã ſanctorũ pertinet: intrãtiũ in gau
dium domini ſui, & ab illo gaudio vndiq; circumdatorũ,
in infinitũ maiori exceſſu, quam ſit ille, quo ſuperatur
piſciculus ab occeano dum natat in medio eius. Hæc om-
nia ideo dicta ſunt quia charitas ſicut facit animam eſſe re
ginam, ita facit eam aſtare a dextris ſicut decet habentem
veſtitum deauratum. Nec hoc tantum operatur in gloria,
ſed etiam in ſtatu huius miſeriæ eleuat animã ad dexteram



deitatis Chriſti. Nam licet ſint indicibiles guſtus in Chri-
ſti humanitate, pręſertim dum conſideratur vt verbo inſer
ta, & non tantum perſonę filii innixa, ſed & ipſius diuinæ
naturæ conditiones ex vnione illius mirabili quadam Dei
formitate quantum creaturę poſſibile eſt participans, & in
ſtar ferri igniti in fornace Dei incēſa, qui vt Dyoniſius ait:
In naturalibus noſtris ſupra naturam erat: licet inquam in
contemplatione humanitatis ſit ſuauitas adeo ineffabilis,
vt nullam credam certiorem & potiorem viam, qua ani-
ma ad diuina rapiatur, quam per continuam meditationē
illius ſacrę humanitatis, quę ſicut non in ſe, ſed in Deo ſub
ſiſtit, ſic ſibi adhęrentes ad diuina eleuat, cum & ipſa ſacra
humanitas vere diuina ſit vt pote hominis Dei: tamen vl-
tima quies animæ etiam in hac vita in dextera Chriſti eſt:
in deitate videlicet Chriſti, cuius adeo ſupereminet mage-
ſtas occulta, vt nec ipſa Chriſti ſiniſtra ſciat comprehen-
ſiue dexteram ſuam, vt eſt theologorum cõmunis ſentētia.
Hinc eſt ꝙ ſponſa, quę in principio canticorum indicibili
deſiderio ſuſpirauerat dicens: oſculetur me oſculo oris ſui, iij. ſent. d. xiiij.
optans ſine dubio Chriſti pręſentiam, quia ſua humani-
tate (quę oſculo patris & filii, quod eſt ſpiritus ſanctus, iun
cta eſt verbo) ſponſam ipſam oſculatus eſt Deus: ita vt
humanitas Chriſti ſit oſculum Dei ad nos, cuius hu-
manitatis oſculum ad verbum non formale (vt ſcholaſtico
more loquamur) ſed efficiens fuit ſpiritus ſanctus, qui vnio
nem illam pluſquam ſacram effecit dicente Hieremia
in perſona Dei. Agglutinaui mihi omnem domũ Iſrael. Cap. xiij.
quia ex vnione verbi ad humanitatē tota eccleſia eſt Deo
per eam quaſi per oſculum pacis agglutinata. Hæc inquã
ſponſa, quę ſic pro Chriſti pręſentia ſuſpirauerat in fine can
ticorum, quando ex conuerſatione dilecti qui non faſtidiũ
ſed eſuriem prebet guſtantibus ſe, pręſumitur valde in eius
dilectione excreuiſſe: clamat. Fuge dilecte mi, & aſſimulare Cant. ulti.

capreę hinnuloq; ceruorum ſuper montes aromatum. Nō
quod ei inſuauis ſit dilecti præſentia, ſed quia amabilior
eſt ſponſus in forma Dei, in qua iuxta expoſitionem beati
Lib. xvij. de ci. dei. c. xvi. patris Auguſtini ſpecioſus dicitur prę filiis hominum, vt
pote qui inſtar Saulis ab humero & ſurſum excedit omnē
i. Reg. x. populum in capite deitatis. Caput enim Chriſti Deus, in
quo eſt incomprehenſibilis pulchritudo & ſine menſura.
Et quia opus eſt ſponſæ, vt fugiat ſecundum carnem, qua
tenus propinquior fiat ſecundum ſpiritum; ideo quaſi iam
audiſſet ſponſum dicentem: niſi ego abiero paracletus non
Ioan. xvi. veniet ad vos: clamat. Fuge dilecte mi, ideſt: vt ordinaria
gloſa exponit, tu qui ex carne comprehenſibilis factus es,
ex diuinitate tua intelligentiam noſtri ſenſus excede, & in
iiij. Reg. ij. te ipſo incomprehenſibilis nobis permane. Datur quippe
Heliſeo dupplex ſpiritus, ſi videat Heliam, quādo tollitur
ab eo: & plenior eſt ſpiritu Iheſu anima, quæ ipſum con-
tēplatur in Deitate, in qua a nobis tollitur, & nos excedit,
quā dū cōtēplatur in eo quę humana ſunt. Et magis optat
anima vel tantillum ex incōprehēſibili Deitate guſtare in
beato ſpiritus ſilentio & velut dominū audire, cū Helia in
ſibilo aurę tenuis, licet interim opperiat vultum ſuum, &
iij. Reg. xix. Exo. xiij. inſtar Moyſi non audeat reſpicere contra dominum: quā
multa ex geſtis humanitatis meditari. Nec hæc ideo dicta
ſunt, vt aliquis ſtulte pręſumat, ſe poſſe digne ęſtimare ip-
ſam creatam in Chriſto pulchritudinem, aut minimum
Chriſti opus. Eſt enim in eo tam corporis quā animę tan
ta pulchritudo, vt etiam ei quatenus homo eſt conueniat
eſſe ſpecioſum præ filiis hominum: vbi expreſſius Cal-
daica tranſlatio legit. Pulchritudo tua rex Meſſia maior
eſt quam filiorum hominum. Non enim ſemel tondet in
ij. Reg. xiiij. anno, vt Abſalon, ſed quoties volumus de ſua nobis pul-
chritudine vendit: non ducentis ſiclis, ſed prece abſq; cō-
mutatione auri & argenti, ſuis meritis tam animas quam



corpora noſtra pulchrificans: cuius pulchritudinem ſol
& luna miratur, vt Agnes dicebat. Cuius aſpectus ſuauior
& omni gratia elegātior erat. Cui dedit pater ipſam faciē *Expoſitio eſt Ricardi alludentis ad illud Ezechielis. iij. Vt adamantē dedi faciem meam.*
vt adamantē, id eſt valde attractiuam ſanctarum animarū.
Et omne opus eius vt opus hominis Dei infinitatē quan-
dam ſapit, & immenſe ſuper excedit paruitatē noſtri ſen-
ſus, & ipſos ſummos ſeraphicos ſpiritus admiratione ſu-
ſpendit. Ob quod conſiderans eccleſia Chriſtū paruulum
pannis vilibus inuolutum, & poſitum in præſepio: non ſe-
mel cantat: Magnificatus eſt rex pacificus ſuper omnes re- *In primis veſperis natalis Domini.*
ges vniuerſæ terræ: ſed id ſtatim repetit, admirata mageſta
tem quæ latet in tanta paruitate. Verū ideo diximus, quod
tantillum, quod de Chriſti Deitate guſtatur, pręponderat
& ſuperexcedit meditationem geſtorū humanitatis, quia
fidelis anima ſic vnam in Chriſto perſonam confitetur, vt
tamen ſemper incommixtas naturas Dei hominiſq; conſi
deret, infinito interuallo diſſidentes (quippe quantū crea
tura diſtat a creatore) & q; incōprehenſibilitatē & magni-
ficentiam & dignitatem immenſam tribuit geſtis Chri
ſti. Deitas enim ſic eſt in Chriſto inſerta: vt veriſſime opera
& verba Dei credantur, quę verba & opera ſunt hominis
illius, qui eſt ſuper omnia benedictus Deus. Et licet ſacra
Chriſti humanitas non ſit proprie dicenda, impedimentū
pręſtare ad contemplationem deitatis: vt ob hoc impedi-
mentum optet ſponſa eam a ſe abire & fugere (ſicut aliqui
indigeſte dixerunt) cum vere ipſa ſit facta in adiumen-
tum, vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc
in inuiſibilium amorem rapiamur, & in cœlo vbi maxi-
me cognoſcitur Deitas, maxime etiam ſuæ humanita-
tis viſio delectat: tamen accidit non raro ex imbecilli-
tate capacitatis noſtræ, & imperfectione ſtatus noſtri,
vt neceſſe ſit animam, quæ ad guſtum Deitatis vi amoris
flammea aſcendere nititur; obliuiſci etiam ipſius human-

Exo.xx. tatis Chriſti, vt caliginem illam cum Moyſe poſſit aſcen-
dere, in qua magis cognoſcitur, quid non ſit Deus quam
quid ſit. Quæ fœlix obliuio dici poteſt (ſi tamen obliuio
dicenda eſt & non magis deffecata, & limpidiſsima memo
ria, & ſupra imaginationis turbinē ſerenata: quæ imagina
tio dū ad diuina aſcēditur, longe relinquenda eſt. Vnde ſu
per id Ioſue: Auferte Deos alienos de medio veſtri pulcher
rime pater beatus Auguſtinus dicit, quod & in gloſa ordi-
Cap.xxiiij. naria habetur. Sancte Propheta in cordibus eorum cogita
tiones de Deo cernebat & alienas adeo, qui enim cogitat
Deum qualis non eſt, alienum Deum & falſum in cogita-
tione portat. Quis eſt autem qui cogitat Deum vt ipſe eſt?
Relinquitur ergo fidelibus quamdiu peregrinantur a Do-
mino, auferre acordibus ſuis Phantaſmata, quæ ſe co-
gitationibus ingerunt, donec abſumatur omne men-
dacium, vnde dictum eſt omnis homo mendax: & tranſ
acta non ſolum impia falſitate, ſed ipſo ſpeculo & æni
gmate, facie ad faciē cognoſcamus eum. Hęc Auguſtinus.
in quibus videtur mihi copioſe dixiſſe, quicquid diuinus
Dyoniſius in ſua myſtica theologia latius diſeruit. Quæ
fortaſſe temeraria audacia locutus ſum oblitus eius qui
Ad Ro.xV. dixit. Non enim audeo loqui aliquid eorum quę per me
non efficit Chriſtus: cum huius luci diſſimæ caliginis expe
rientia longe ſit a me: qui vir pollutus labiis ſum, & nec
cum Hieremia ad huc puero noui me neſcire loqui. Nam
vt plurimum hæc diuina eo audacius dicūtur, quo minus
Exo.iiij. guſtantur. Moyſes enim impeditioris linguæ ſe eſſe cogno
uit, ex quo locutus eſt cum Deo heri & nudiustertius. Sed
fortaſſe humili ſpiritu lectori hęc proficient, qui puritate
ea attinget, quæ ſuperbię ſeculi abſconduntur. Dedit
enim mihi Dauiticus verſiculus anſam, vt cogitarem, qua
liter etiam in vita hac faciat perfectorū charitas animam
non ad Chriſti ſiniſtram, ſed ad dexteram aſtare. Sed hoc



multo perfectius implebitur in futuro, quando ſicut ſpon-
ſus eſt a dextris Dei, ita ſuo modo ſponſa aſtabit a dextris
Dei: quod & ipſe filius a patre petiit, cum dixit. Pater quos Ioā.xVij.
dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum. Et vt
petiit, obtinuiſſe ſe demonſtrat in Apocalipſi dum dicit.
Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut
& ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Quæ
verba & magnificentiſſima ſunt ad meditandum, & dul-
ciſſima labiis & dentibus animæ ad ruminandum. O
fœlicem ornatnm, qui ſic facit reginam aſtare a dextris
Dei. Sed iam attendendum eſt quod hoc ornamentum,
veſtitus deauratus dicitur, non aureus: vt oſtendatur dif-
ferentia charitatis viæ a charitate patriæ: nam licet cha-
ritas non excidat: ſed quis ignorat quam perfectius amat i.ad Cor.xiij.
voluntas Deum clare viſum, quam creditum? Credi- *Vide Scotū in*
tus enim ſic amatur, vt poſſit etiam nō amari, poſſit quoq; *.iiij. diſt.xlix.*
contemni: at clare viſus, non poteſt nō totis viribus diligi. *q̄ſt..5.quo.mō*
Tale eſt enim illud decus, & illa pulchritudo, vt captiuam *fruitio pa-*
ducat captiuitatem, dum liberum arbitrium quod animā *triæ differt*
in peccato male captiuam fecerit, illa infinita bonitas ſic *ſpecie a frui-*
bene captiuat, vt ſalua libertate, quæ dicitur a coactione, *tione uiæ.*
non maneat in beatis libertas contingentię ad non aman-
dum: ſed ſit ibi ſumma & fœlix neceſſitas, ad ſumme aman
dum cum ſumma etiam libertate complacentiæ, eſt itaq;
in patria charitas, & intenſior & purior: ideo ignis Dei di-
citur eſſe in Syon: ſed caminus ardentior in Hieruſalem. *Eſai.xxxi.*
Et bonum vinum ſeruatur in finem. Et licet ſatis ſufficiat *Ioha.ij.*
inebriare animam etiam illud primum, quod in hac vita
guſtatur: non tamen æquatur illi poculo ex vino condi-
to, quod in illo cōuiuio vindemiæ deffecatæ miniſtratur. *Eſaiæ.xxV.*
Ibi veſtitus erit totus aureus: hic interim deauratus: fim-
briæ quidem ſunt aureæ, ſicut paulo poſt in Pſalmo ſubdi-
tur, cum dicitur. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in

fimbriis aureis: ſed veſtitus eſt deauratus, quia in fine tota perfectio eſt (vt dicit ordinaria) ideo quippe gloria dicitur gratia ſiue charitas conſummata, ſicut & charitas

S. Tho. pa. 2. queſt. cx. ar. iij. & in multis alijs locis.

viæ dici poteſt gloria inciata; velut in ſemine. Non enim ſequor diſtinguentes charitatem a gratia. Et quidem licet in hac vita veſtitus tantum ſit deauratus, aut auro textus; ſufficit tamen charitas quæ hic habetur ad decorem virtutum omnium quæ in hac vita neceſſariæ ſunt: immo & earum quæ ex conſilio ad ſplendorem ornatus ſuperadduntur. Ideo ſtatim prædicatur illa regina circumdata varietate. Nec enim charitas aut ſola aut occioſa eſſe poteſt; ſed circundatur varietate. Vbi ponderandum videtur, quod licet expreſum ſit, veſtitum eſſe deauratum: non tamen eſt expreſſa colorum varietas, quibus circundatur noſtra regina. Quia enim difficile valde eſt explicare ad quam varias virtutes ſe extendat charitas, & ſi non elli-

Secunda ſecundæ queſt. xxiij. ar. iiij. in reſponſione ad. ij.

citiue, ſaltem imperatiue (vt terminis beati Thomæ vtar) & quam uarias virtutes in eſſe meriti informet: ideo abſolute circumdata dicitur varietate, vt vniuerſa varietas poſſit intelligi. Nec enim veſtis quæ phrigianica dicitur tantam diuerſitatem colorum aptiſſime diſtributorum, ex quibus contexta eſt, in ſe continet: quanta eſt virtutum varietas, quæ veſtitui deaurato noſtræ Reginę

i. ad Cor. xiij.

annexa, & velut appendicia eſt: Paulo dicente quod charitas benigna eſt patiens eſt, & cætera quę late dicuntur, ſed non omnino explicantur. Nam ſicut anima cum ſit vna & indiuiſibilis in nobis, diuerſiſſima operatur in corpore, ſecundum differentias organorum; ſic charitas quæ eſt velut anima ipſius animæ, dans ei eſſe excelſum, varia valde operatur, iuxta diuerſitatem virtutum ſibi ſubditarum. Et ſicut ſol ſic in hęc omnia inferiora influit, ſic omnia illuſtrat, & ſua pręſentia viuificat, vt in tota mūdi huius machina nihil ſit quod non eius beneficio egeat,



& varie procaptu cuiuſq; rei (vnicus ipſe cum ſit) ſeſe accomodat cunctorum indigentiis, alia iuuans vt naſcantur, alia vt coaleſcant, alia vt generent, alia vt perſeuerent, alia liquefaciens, alia indurans. Sic & charitas cum ſit vnica virtus, in ſe tamen omnes mirifica quadam continentia amplectitur. Et vt altius ad ſupra mundana aſcēdat ſimilitudo: inſtar dei, eminentia quadam mirabili inferiora cōtinet & regit. Nec mirum ſi charitas deo comparetur, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Per hanc ſiquidem, ſic ſpiritus. S. animam inhabitat: vt eam deiformem faciat, & diuinæ conſortem naturę: immo & Deum quendam conſtituat. Neq; enim errare potuit qui ſcripſit. Ego dixi dii eſtis. Itaq; charitas cum ſit vna, omnia poteſt, Chriſto dicente, quod in duobus eius mandatis vniuerſa lex pendet & prophetę: & Paulo docente, quod qui diligit proximum legem impleuit.

i. Iohā. iiij.
ij. Pet. i.
Pſal. lxxxi.
Math. xxij.
ad Ro. xiij.

Verbum enim patris quod olim in rerum creatione cuncta quę fecerat in homine, qui eſt omnis creatura, epilogauit: idem ipſum in carne abbreuiatum in rerum reparatione verbum abbreuiatum charitatis fecit ſuper terram, epilogans librum ſcripturarum: ſicut ante epilogauerat librum creaturarum, ipſo dicente: ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? Eſt enim ignis hic de cœlo lapſus, quo melius & certius quam in fabula Promethei, homines reuiuiſcunt, eſtque virtutum omnium, quę in lato campo ſcripturæ ſparſę ſunt, & voluntatis diuinæ reuelatę, epylogus. Quid inquit volo niſi vt ardeat. Huius pulchra figura præceſſit in canticis vbi dicitur. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtrauit propter filias Hieruſalem. Sacra quippe ſcriptura eſt hoc ferculum. Eſt enim menſa vere refectionis:

Luc. xij.
Cap. iij.

ligna libani id eſt cedri ſunt ſancti illi per quos Deus eſt locutus: in columnis argenteis eloquentia: in reclinatorio aureo mageſtas ſenſuum ſignificatur. Sunt enim eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum: & deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum. Aſcenſus purpureus, eſt Chriſtus crucifixus, ſine quo non comeduntur nec digeruntur vitales cibi ſcripturę. Non enim intelligitur (vt exempli cauſa dicamus) Pſalmus ille: Deus iudiciũ tuum regi da: ſi tantum a Iudęis attendatur Salomon materialis. Nec antiqua illa ſacrificia cum omni ritu ſuo intelligi poſſunt ſine cruce Chriſti. Sed iam attende quod ideo media dicitur conſtraſſe charitate, quia tota ſcriptura pendet ex charitate. Media ergo ferculi charitate conſtrauit: quia in medio ſcripturarum principatum charitati poſuit. Id enim ex quo cętera pendent, recte medium & principale dicitur, & eſt quod verus Salomon feciſſe dicitur propter filias Hieruſalem, id eſt imperfectas animas, quibus hoc beneficium conceſſum eſt, vt amando bona perfectorum illa efficiant ſua, qui amando Deum dii fiunt. Hæc expoſiteo eſt Ruperti Tuicenſis ſuper cantica, quam ipſe latius proſequitur. Mihi enim tutum & pium eſt ſub menſa dominorum micas colligere. Et ponderãdum videtur, quod ſine periculo vanagloriæ bona perfectorũ dum amamus, poſſidemus ſecuri, cum tamen ipſimet qui ea operantur non ſegniter a ſagitta, volante in die caueant. Hanc varietatem, quæ annexa eſt charitati, luculẽter beatus Gregorius deſcripſit, exponẽs id: Et quod multiplex ſit lex eius; cuius verba nolui hic tranſcribere vt dulcius in ſuo fonte bibantur. Placuit tamẽ mihi hic inſerere quędam verba ad hoc propoſitum cõgrua, quę in decreto ponuntur, & tribuuntur quidem Proſpero in libro de vita contemplatiua. Legi tamen ad literã ea in libello de laudibus charitatis, quem

Pſal.vij.

Iob.ij.
libro.x. moralium.c.vij.

De penitentia diſt.ij. charitas.



beatiſsimus pater Auguſtinus edidit. Charitas inquit eſt (vt mihi videtur) recta voluntas, & ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa: iuncta vero Deo inſeparabiliter, & vnita igne quodam ſpiritus ſancti: a quo eſt & ad quem refertur incenſa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia, nulli vitio mũtabilitatis obnoxia, ſupra omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinę contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta: ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminũ, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, premiũ perfectorum. Sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit. Fructuoſa in pœnitentibus, lęta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus. Ex qua quicquid eſt boni operis viuet. Hæc ibi. Quæ (ſi catholice exponantur) de hiis qui motũ & inclinationem charitatis ſequuntur, qui eatenus non errabunt, quatenus ſpiritu Dei agentur, cum tamen libere poſſint ſpiritui ſancto reſiſtere (ne detur anſa hæreticis falſe aſſerentibus quod charitas ſemel habita non poteſt amitti) eximiæ dulcedinis verba ſunt, & ad propoſitum noſtrum ſatis accomoda. Ecce ergo qualis eſt veſtitus deauratus, & quanta varietate cum eo regina circundatur. Sed iam attendendum eſt, quod vt hic veſtitus dignus ſit ſponſa agni debet eſſe talaris. Huiuſcemodi enim veſtibus, id eſt talari tunica filię regis virgines vtuntur: vt in ſecundo Regum libro legimus, Ioſeph etiam dilecto tunicam talarem fecit pater ſuus. Debet enim eſſe charitas perſeuerans vſq; in finem, eſt q; Deo offerenda cauda hoſtiæ, & ſemper debet auribus animæ intonare voxilla Chriſti. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit, quę aliquibus non

Cap.xiij.

Ge.xxxvij.

Leui.iij.

Mat.xxiiij.

Mapheo Vegio in lib. pri. de perseuerantia religionis capite. iiij.

indoctis videtur terribilior quam illa: ite maledicti. Hęc enim solis iniustis & dānatis a Christo proponitur dicenda: illa vero omnes boni quantalibet sanctitate excelsi terrentur, scientes quod omnes eorū iustitiæ venient in obliuionē: nec aliquid omnino ad vitā æternam proderunt, nisi adsit perseuerantia: ita vt hic vestitus deauratus talaris sit. Sola enim perseuerātia coronatur: cuius bella figura fuit, quod in fine tunicę summi sacerdotis erant alternatim posita malo granata cum tintinabulis aureis, quasi tintinabula ipsa sonantia diceret quod (vt in prouerbio dicitur) in fine canitur gloria, & ad finem corona seruatur: Quæ corona bene in malogranatis, quæ erant in fine significatur: quia sicut inter aues aquila est coronata, & inter animalia leo: sic inter arborum fructus malogranatum coronā habet. Nō ergo glorietur accinctus, ęque vt discinctus. Nec enim contemnendum est quod in laudē Cæsaris Ethnicus quidam dixit. Nil actum credens, cum quid superesset agendum. Scimus enim quid vxori Loth accidit, & experimur heu quot animo sæculares, & habitu religiosi sunt, velut statua salis alios exteriori quadam honestatis specie condientes: ipsi vero insipidi & amari, & velut, statua sine anima non percipiunt quæ dei sunt: idola vitiorū sub stramentis, instar Rachelis abscondentes, quæ licet non inuenit Laban in quo mundus significatur (homo enim videt ea quę parent) inuenit tamen ea deus, qui intuetur cor: Et ostendit Phrophetę suo abominationes, quas faciunt septuaginta seniores domus Israel in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui thurificantes idolis diuersorū vitiorū sub tegumēto parietis. Non enim erant iuuenes nisi moribus, sed senes & maledicti pueri centū annorū, quos deus ostendit Prophetæ. Hæc idola non sine gemitu aspiciebat sacer ille Abbas Antonius magnus egyptiorū thesaurus, cum dicebat. Obsecro vos dilectissimi in nomine domini nostri Ihesu Christi, vt ne velitis propriā vitā negligere: nec cōfundat exiguitas tēporis illud sine fine tēpus: ne pellicula carnis corruptibilis confuscet regnū inefabilis luminis: neque condēnationis locus exitialis in angelis extermineet sedes. Vere filioli, quia anima mea phātasma patitur, & spiritus meus in pauore cōsistit, quod vniuersi nos velut gurgite immersi sumus, & vt ebrii musto cōsistimus, cum vnus quisque nostrū proprię distrahitur volūtati, huius dominio subiugamur nolentes attollere oculos nostros ad cœli gloriā inquirendā, & illā sanctorū omniū operationē illustrē, ipsorum vestigiis inhærentes. Et alibi. Multi inquit de genere nostro induerūt indumēta pietatis: virtutē vero negauerūt. Quā obrē & ego in illis lugeo, qui interpellāt nomē Ihesu & faciunt voluntates cordis & carnis. Hęc ille luxit Antonius sacer: lugeant qui sentiūt: luxit enim & Christus, Nā nos miseri indolentes sumus. Itaque opus est mittētes manū ad aratrum crucis, retro nō aspicere: sed talarem habere ornatū charitatis. Scio quia calamū vltra quam proposui extēdi, tractans de hac cyclade auro texta, de qua pręcipue gloriatur beata Agnes. Nec tamē omittā etiā longiuscule dicere, quod memini me aliquādo legisse apud Ricardū de sancto Victore. Dicit enim in sentētia, quod nō tantū debet quisque æstimare se deum diligere, quantū sibi videtur diligere, quando experitur dulcedinē dei, qua deum quasi stringit, & osculatur, eius gustans delicias: sed quātū in tēpore tribulationis & angustię, & in absentia dilecti facto probat se constāter perseuerare in Christi obsequio & obedientia, cōtinua sollicitudine eius voluntatem implēdo. O magna & mira tanti viri sententia, quę non aureis literis: sed sanguine potius cordis intra medullas animę scribenda esset. Beatus quidē Gregorius cōtra eos, qui tantū diligūt verbo, dulciter dixit: quod probatio dilectiōis exhibitio est operis, memor Ioānis dicentis, Filioli nō diligamus verbo nec lingua, sed opere

Marginal notes (left page): Exo. xxviij. — iiij. Reg. xx. — Lucanus. — Gene. xix. — Gene. xxxi. — Ezechi. viij. — Epistola. v.



Marginal notes (right page): Epistola. iiij. — Super cātica. — In homelia penthe. i. Ioan. iij.

& veritate. At Ricardus non contra mundi amatores loqui
tur, qui mentiuntur ſe diligere deum: ſed ipſos ſpirituales
viros examinat, & docet in qua lance & quo tempore tru-
Pſal. lxxvij. tinare debeant dilectionē ſuam. Sunt quippe multi velut
filii Ephrem intendentes & mittentes arcum, qui conuerſi
ſunt in die belli: ſimiles illis, qui in prçludiis ante certamē
intendunt & mittunt arcum, qui tamē tempore prælii con-
uertūtur retrorſum: ſicut filii Iſrael, de quibus ibi Pſalmus
loquitur. Qui vidētes mirabilia dei dicebant: omnia quç
præcepit dominus faciemus, & tamen poſt non cuſtodie-
runt teſtamentum eius, & in lege eius noluerunt ambulare.
Sunt & alii ſimiles pueris, qui cum virga cçduntur, magna
promittunt, ſed poſt redeunt ad ingenium, iuxta id. Cum
occideret eos, quçrebant eum, & reuertebantur &c. Sunt
qui dum nutriūtur a deo vt pueri lactea conſolationis dul
cedine, & guſtu quodā magis ſuaui ꝙ forti, diligunt quidē
deum: ſed multo plus eum diligere ſe credūt, ꝙ in veritate
diligant: calore quodā horario inflamāti, quo dulces ſtillāt
lachrymas, dicētes in abundantia ſua, nō mouebor in eter
Pſal. xxix. num. Qui tamē citiſſime, dum abſcedit illa cōſolatiūcula,
cōturbantur, & in tēpore tentationis recedūt, & orto ſole
perſecutionis areſcunt: cum tamen tunc temporis amoris
prius guſtati ſumenda eſſet experientia. Quid enim magni
eſt ſi ad deum afficiaris, quādo eius experiris delitias? cum
lachrymç pœnitentiū dulciores ſint teſte Gregorio delitiis
regum, & guſtato vel tantillū ſpiritu deſipiat omnis caro,
& fœteat inſtar ſtercoris omnis gloria mundi, & vileſcat
omnis creatura? Qui biberit, inquit Auguſtinus, de fluuio
paradiſi, cuius gutta maior eſt occeano: reſtat vt in eo om-
nis ſitis mūdi penitus extincta ſit. Cū auſter perflat hortū
animç, & fluunt aromata illius, dū ambulat ſup aquas in
verbo creatoris, & ſilet vētus cōtrarius: dū ꝓtegiť in taber
naculo ſpōſa cōtradictiōe hominū, & abſcōdiť in abſcō



dito tabernaculi ſui, a cōtradictione linguarū, vel dū dor-
mit in ſinu dilecti, & ſub vmbra illius quē deſiderauerat
quieſcit: & leuam ſponſi habet ſub capite, & dextera illius
amplexatur eam: dum ipſe ſponſus adiurat filias Hieruſa-
lem ne eam excitent, ſed in pace in id ipſum dormit & re-
quieſcit: dum introducitur in cellam vinariam aut in regis
cubiculū: aut dum aſcendit delitiis afluens, innixa ſupra di
lectū: quid mirū ſi tunc gaudeat? ſi amplectatur ſpōſum, &
circa eum ſollicita ſit? Multa ſimilia aliquando concedun
tur ex largitate dei nouellis animis, vt guſtent ꝙ ſuauis eſt
dominus, a quo receſſerant. At dum adeſt tempus hyemis
& imbris, tēpus tribulationis & anguſtię, tempus luctus &
ieiunii, tempus caliginis & mœroris: dum quærit anima
Chriſtū, & non inuenit illū, ſed dilectus veluti declinat, &
tranſit eam, nec tantū declinat ſed quaſi exprobat, & contē
ptui habet: vt olim Chananeā, & quaſi indignam pane fi-
liorū, immo & mercenariorū, qui in domo ſua ſolent abū
dare panibus, eam a ſe abiicit: cum ex hoc ſponſi cōtēptu
inualeſcunt & roborantur inimici, audaciā contra animā
ſumentes, dicentes deus dereliquit eam: perſequimini & cō
prehendite eam, quia nō eſt qui eripiat: cū inimici ſonue-
runt & qui oderunt deum extulerunt caput, ita vt anima in
ſtar Chriſti clamare cogatur: Deus deus meus vt quid dere
liquiſti me? tūc tūc probatur & tentať amor, ſi verus eſt, &
qualis eſt & quā fortis eſt. tūc experimētū ſummiť ſui vi-
goris, & fidelitatis. Animæ enī tepidę, quæ tēporali & mer
nario amore diligebant: ſtatim langueſcunt, & defficiunt
& aliquando murmurantes dicunt. Eſt dominus in nobis Exod. xvij.
an nō? ſicut olim dixerunt filii Iſrael in deſerto pluries, a-
mara verba in Moyſem & in deū iaciētes. Aut forte dicūt: Pſal. lxxiij.
Iam nō eſt propheta & nos nō cognoſcet amplius. Nec de
ſunt tunc demonis ſuggeſtiones, quę ſuadeāt multis dicen
tes, Eamus, & diſponamus teſtamentū cū gētibus, quę cir i. Math. i.

ca nos ſunt: id eſt, cum carne & mūdo hominibus placẽtes: quia ex quo receſsimus ab eis inuenerūt nos multa mala: & bonus videtur ſermo in oculis multorū, quales enim ſunt oculi, tale & iudiciū. Sed ecce huius tentationis tẽpore audies eos, qui vere diligunt, dicẽtes. Licet cõfudiſti & repuliſti nos, & non egrederis deus in virtutibus noſtris, & cætera opprobria permiſiſti, quæ omnia venerūt ſuper nos: nõ tamẽ obliti ſumus te, & inique nõ egimus in teſtamento tuo, & nõ receſsit retro cor noſtrū. Tūc eos audies cõfitẽtes ꝙ minora recipiūt, ꝗ̃ ꝓ peccatis ſuis meruerint. Tunc videbis eos inſtar Magorū occultata ſtella, etiã cum vitæ diſcrimine percunctantes: vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū? videbis inquã vere diligẽtis animã, quaſi alterã Cananeã perſeuerantẽ, & magna fide poſt repulſam clamãtẽ, donec fiat ſibi ſicut vult: Aut inſtar virginis cū dolore magno puerū Ieſum amiſſum quęrentẽ. Tunc inquã videbis ſponſam circū euntẽ ciuitatẽ, per vicos & plateas quærentẽ quẽ diligit anima eius, & vigiles interrogantẽ. Aſpicies eã adiurantẽ filias Hieruſalẽ: vt ſi inuenerint dilectū nunciẽt ei, quia amore languet: & ſigna pulchritudinis dilecti, quę ex priſtina eius cõſuetudine didicit ſæpius cõmemorantẽ, quaſi feſtū agat in reliquijs Sanctarū cogitationū, quibus olim abundabat. Attendes eã nec deficientẽ quęrere eum quẽ non inuenit, nec deſinentẽ vocare eū qui nõ reſpõdet. Et nec timet palliū amittere, neqꝫ vulnerari a murorū cuſtodibus, amans nudo & vulnerato dilecto, etiã in anguſto & aſpero crucis lecto copulari: ita vt ſuo feruore excitet tepidiores animas ad dicẽdū: quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierū? Quo declinauit dilectus tuus & quæremus eū tecum? Nec ceſſat, donec introducat eum in domū matris ſuæ, & in cubiculū genitricis ſuæ. Itaqꝫ (vt ad propoſitum redeam (tantū quiſqꝫ diligit vero amore) qui obedentialis ab aliquibus Theologis vocatur (quantū in ex-

Pſal. xliij.
Math. ij.
Math. xV.
Canti. iij.
Canti. V.



perietia tribulatiõis eſt circa dei volūtatẽ ſollicitus. Et hęc cõſideratio valde vtilis eſt ad vere humiliãdū animã in plena diffidẽtia ſui. Neſcis enim tu, qui multū tibi videris deū diligere, ꝗ̃ cõſtãs eſſes ſi in perſecutorū manus incideres. Nõ dū (ait Apoſtolus) vſqꝫ ad ſanguinẽ reſtitiſtis peccato. Hęc cõſideratio humiliabat, & ſancte contriſtabat Petrū, dū in ſummū põtificatus apicẽ a Chriſto exaltandus examinatus eſt de dilectiõe, quã erga principẽ paſtorū omniū habebat. Cõtriſtatus eſt̃ eſt tertio interrogatus, vt pote cõſcius præteritæ fragilitatis, ſciens ꝙ abyſſum infirmitatis cordis ſui nõ ſciebat, cū ſe ſupra cæteros eleuãs incõſiderate dicebat. Et ſi omnes Scãdalizati fuerint in te, ego nunꝗ̃ ſcãdalizabor. Ideo Dauid orabat dicẽs. Proba me deus, et ſcito cor meū. Quod ſi via iniquitatis, quãuis mihi occulta, tibi tñ nota fuerit in me: deduc me in via ęterna. Hac cõſideratione beatiſsimus pater Auguſtinus, dū de ſancta virginitate ſcriberet, humiliauit virgines, ne ſe præferre audeãt cõiugatis: quia & ſi virginitas præferẽda ſit cõiugali caſtitati, nõ ideo cõſequit̃ virginẽ eſſe præferendã cõiugatæ: etiã ſi vtraqꝫ deū diligat. Vnde (inquit Auguſtinus) virgo ſcit, quãuis ſollicita quæ ſunt domini q̃uo placeat domino, an forte ꝓpter aliquã ſibi incognitã mẽtis infirmitatẽ, nõ dū ſit matura martyrio, cū tñ illa mulier, cui ſe pręferre geſtiebat, iã poſsit bibere calicẽ dominicę humilitatis quẽ prius bibẽdū diſcipulis amatoribus ſublimitatis oppoſuit? Vnde inq̃ ſcit an forte ipſa nõdū ſit Tecla, cū iã ſit illa Criſpina? Certe niſi adſit tentatio, nulla doni huius fit demõſtratio. Ideo ſemper ſecurum & vtiliſsimū viſum eſt mihi, cum multa humilitate & tremore & feruore inſtãter talia a deo dona poſtulare: quę perſeuerent in omni adverſitate, non ſolum inconcuſſa ſed robuſtiora: ita vt tentatiõe probata, & quaſi in fornace inſtar auri rutilantia, ſeſe oſtendãt magis dona dei, & illa ſua robuſta manu poſita, de qua

Ad Hebr. xij.
Ioan. Vltimo.
Pſal. cxxxViij.
In lib. de Sancta virginitate cap. xliij.

nemo poteſt rapere: ꝗ opera fragilia hominis, cuius cona
tus etiam cum multũ ſe erigit infirmitas eſt. Et hæc dona
ſunt, quæ vere & perſeuerãter iuſtificãt hominẽ. Hinc eſt, ꝙ
cum iniuſti fœno velociter areſcenti cõparẽtur in Pſalmo:
Pſal.xci. Iuſtus tamen inquit Dauid vt palma florebit, cuius nobi-
lis eſt conditio, vt nullo onere preſſa curuetur, ſed ſemper
vi caloris ſui in rectum erigitur. Cæteras enim arbores ſi
dũ teneræ ſunt oneraueris aliquo pondere, etiã ablato one
re curueſcũt; nõ ſic palma, quę ſic recta creſcit, ac ſi nil one
ris ante habuiſſet, digna ſane quæ detur vincentibus, & vt
palmæ ſint in manibus eorũ. Nec ſic ſuos deſerit in tribu-
lationibus deus, vt penitus deſerat: ſed ſic tradit in manus
Pſal.xc. Sathanæ, vt animam ſeruet. Cum ipſo, inquit, ſum in tribu
latione. Vbi notandũ valde videtur, quod non ait, cũ ipſo
ſum dum tribulatur: ſed in tribulatione, in qua ſum: quaſi
diceret, in ipſamet tribulatione lateo, & eam moderans, &
pro vtilitate patientis diſpenſans, & eam quantũ opus eſt
dulcorãs, & ſuauẽ reddens, & in ipſamet anguſtia (modo
fides non deſit) mei præſentiam exhibeo. Hoc ſciens Da-
Pſal.cxviij. uid, non petit non tribulari, & derelinqui: ſed ait. Non me
derelinquas vſꝫ quaꝫ Opus enim eſt, vt aquila pullos de
relinquat, vt volare diſcant, nec ſemper (vt inquit Chriſo-
Vide in home stomus) geſtandi ſumus quaſi pueri: ſed petit ne valde de-
lia in Priſcillã relinquat, ſed animã ſeruet, vt pulchre dicit Ambroſius.
& Aquilam. Nam neꝫ omnino diſcedit nutrix pueri, etiã cũ puerũ ſi-
bi ipſi nutantẽ relinquit: ſed prope eſt, ne periculoſe cadere
pmittat. nec deus ſic ſuos deſerit, quin et intra ipſam tribu
lationẽ lateat, licet nõ ſemp ſentiat. O fœlix tribulatio ſub
qua occultat deus. Merito omnia cũ gaudio vendenda eſ-
ſent, vt ager in quo tãtus theſaurus abſcõditus eſt emeret.
Ecce ad cõfuſionẽ tepiditatis meę referã, qd' gloſa. iij. Reg.
ix. de inſula Ophir dicit, ad quã ſerui Hyrã cũ ſeruis Salo
monis ibãt pro auro. Ait enim, ꝙ ad literam eſt prouincia



in India ab vno de poſteris Heber nominata, quæ & terra
aurea appellatur, eo ꝙ mõtes aureos habet: qui a leonibus
& ſęuiſsimis beſtijs incoluntur, ad quam nulli aliter acce-
dere audent, niſi qui in nauibus ſtantes iuxta littus, terram
quam vnguibus leonum effoſam inuenerint, in ſuam na-
uim recipiunt (explorantibus nautis horam, qua dictæ beſ
tiæ ſe elongant) ſubito enim exeunt, & illam terram poſt
in fornacem mittunt, vt impuritate conſumpta aurum eli
ciatur. Quod ſi amor mundi aurum etiam inter leones
quęrit, cur obſecro diuinus amor Chriſtũ in tribulatio-
ne latentem non quæret, & ſi inſidiẽtur leones inferni, qui
circumeunt quærentes quem deuorent? Pręſertim cum ſe
curus ſit nobis locus in naui crucis Chriſti, quaſi in tutiſsi
mo afflictorum aſylo: Ieſu inde extenſis manibus claman
te. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego
reficiam vos. Chriſti enim crux non reficit opulentos in Amos.vi.
Syon ingredientes pompatice, domum Iſrael non conſo
latur in delitijs laſciuientem, non diuites mundi, non glo-
rioſos ſęculi huius, non deniꝫ eos, qui de mundo ſunt.
ſed quos odit mundus, & quaſi purgamenta omnium per
ipſam conculcat, contemptos conſolatur & abominatos:
mundo ęque Crucifixos, vt mundus ei Crucifixus eſt. Il
los dulciter reficit, quos mundus nec nominare dignatur:
quibus tamen re vera dignus non eſt mundus, ſicut ſcri-
ptum eſt. Melior eſt vnus timens deum, ꝗ mille filij impij, Eccle.xvi.
immo ꝗ vniuerſitas impiorum. Hos inꝗ crux Chriſti
amplexatur et fouet. His apprehendẽdos tribuit nobilis
illa palma, in quam ſpõſa ãſcendere optabat, fructus ſuos.
Heu nos talpis cęciores, aſpide ſurdiores, adamante durio Canti.vij.
res: quibus nec fel Chriſto propinatum ad viſum proficit,
cum tamen ipſe ſit ille piſcis cuius fel valet ad vngendos Thobiæ.vi.
oculos, in quibus fuerit albugo, nec labor ille tam alte cla
mantis, vt raucæ fierent fauces eius, auditum excitat: quos

Eſaiæ.xlij.

ſanguis Chriſti nō emollit. Olim dolēs propheta dicebat.
Quis cęcus niſi ſeruus meus? & ſurdus niſi ad quē nūcios
meos miſi? ſed iā maiori pōdere deus clamauit. Quis cęcus
niſi ſeruus meus, & quis ſurdus niſi ad quē filiū meū miſi?
quē tñ vereri oportebat, & nō adhuc ludendo illudere la-
chrimas eius, vt ait Bernardus. Ante quorū oculos, inquit

In ſermo. iij. natalis domini ad Gal. iij.

Paulus, Chriſtus Ieſus ꝓſcriptus eſt, & in vobis Crucifixꝰ.
Quod nō leuiter, ſed cū magno doloris pōdere pronūciā-
dū eſſe Beda dicit. Nō enī iā legē Moyſi aut prophetas cōtē-
nimus, ſed deteriora merētes ſupplicia, filiū dei conculca-

Ad Hebre.x.

mus, & ſanguinē teſtamēti pollutū ducimus, & ſpiritū gra-
tię cōtumeliā facimus. In tāta enim dei obliuiōe viuimus,
vt videamur aquā lęthei fluminis epotaſſe. In tāta duritia
perſeueramꝰ corde inſenſati, vt videamur de fluuio Cico-
nū bibiſſe, de quo ethnicꝰ qdā cecinit, Flumē habēt Cyco-

Ouidius.

nes quod potū ſaxea reddit Viſcera, qđ tactis inducit mar-
mora rebus. Cuius fluminis etiā Seneca meminit. O vtinā

iij. libr. quæſtionum naturalium.

dn̄e Ieſu poteſtate tua dicas ſpiritui duro qui nos exagitat
& inſenſibiles facit: ſpiritus ſurde & mute, ego præcipio
tibi, exi a populo iſto, & ne amplꝰ introeas in eū. Quis enī

Marci.ix.

dabit cor vere carneū, niſi tu verbū caro factū? qs franget
lapidē niſi tu, in cuius morte petrę ſciſſæ ſunt? & qui digito
tuo noſti etiā in tabulis lapideis legē tuā ſcribere? An non
inſenſibilitas noſtra amaro plāctu, & acri exclamatione &
obiurgatiōe digniſſima eſt, ꝙ filij huius ſæculi prudentio-
res in generatiōe ſua ſint filijs lucis? Et ꝙ quęrētibus mūdi
amatoribus inter innumera pericula mendatiū & vanitatē
quātotiꝰ peritură, nos q peculiari quadā religiōis nomēcla-
tura ſerui dei nominamur, dū tribulatiōes etiā lęuiſſimas,
quæ cū ſonitu trāſeunt fugimus, Chriſtū qui intra eas la-
tebat quaſi dulciſſimi nuclei dulcior medula (cortice licet
inuolutus amaro) ammittimꝰ: ingrati donis eius, ingrati
conſolationibus, quas ab ipſo recipimus, ingrati lacti dul-



ci, quod ab ipſo olim ſuximꝰ, ingrati carni eius & ſangui-
ni, quibus toties nutriti ſumus. Cōfundat nos vel aquila
illa, cuius celebres ſcriptores meminerunt. libet enim mi- Iob.xij.
hi ad illā ingratos mittere, ſicut & Salomon pigros miſit
ad formicā, & alius dixit: Interroga iumēta et docebūt te.
Nā de aquila quadā Plinius integrū capitulū in hæc ver-
ba ſcribit. Eſt percelebris apud Feſton vrbem aquilę glo- Libr.x.cap.v.
ria: educatā a virgine retuliſſe gratiam, aues primo, mox
deinde venatus aggerētē, defuncta poſtremo, in rogū accē-
ſum eius iniecitſe ſeſe, & ſimul cōflagraſſe: quā ob cauſam
incolę quod vocāt herotā in eo loco fecere appellatū iouis
& virginis: qm̄ illi deo ales aſcribit̃. hęc ille. Quod ſi illa
aquila inter medios ignes alis ſuis alata conflagrauit, cine-
res ſuos cū altrice cōmiſcēs, & tanq̃ iudicās indignū ſine
nutrice ſua viuere, maluit grata ſecū cōmori, q̃ ingrata vi-
uere: nonne magna cōfuſione digni ſumus ingrati homi-
nes, quorū aut langueſcit aut penitus perit charitas, ſtatim
vt ignis tribulationis aduenit? Canes in tela currūt vt do-
minos & ipſorū bona tueantur: nos terrebit ſonitus folij
volantis? hæc omnia vt per exceſſum quēdā nō omnino
inutilē dicta accipiant̃. Nec enim (fateor) animū cōtinere
potui, ex quo incidi in ſententiā illā Richardi, qua docet,
vbi experimentū ſummendū eſt de quātitate & qualitate
Charitatis: ne pro veſtitu deaurato accipiamus veſtitū au-
richalco ſimulatū. Vera enim Charitas ne pereat permittit
hominē ante millies perire (ſi tamē perire dicēdus eſt, et nō
potius pari ad verā vitam, qui ne Charitatē amittat vitam
amittit) huius rei perpulchra figura fuit ꝙ cum Chriſtus
dominus ſe alapis cædi, conſpui, flagellari, coronari cru-
cifixi, & multis ſcindi vulneribus permitteret; tunicam ta- Ioan.ix.
men inconſutilem ſcindi ab eiſdem crucifixoribus non
permiſit. Sed vt tunica cuius illa figura erat maneret inte-
gra, expoſuit corpus mille vulnerum rupturis, Nā vt Cha-

ritatis vnitas integra & inuiolabilis oſtēderetur in capite,
& perſeueraret in membris, mortuus eſt. Scinditur tunica
i.Reg.xxiiij. Saulis a Dauide, ſcinditur tunica Samuelis a Saule, ſcindi
i.Reg.xv. tur pallium nouū quod Ahias ſilonites ferebat vt decem
iij.Reg.xi. ſciſſurę darentur Hieroboam, ſcinduntur veſtimenta Cai=
phæ coram Chriſto in ſignum cito ceſſaturi, & principa
Matth.xxvi. tus, & Sacerdotij, & populi Iudęorum. Omnia hæc ſcindā
tur, & regna in ſe ipſa diuiſa deſolentur: non tñ ſcindatur re=
gnum indiuiſum Charitatis. Non ſcindatur tunica illa in
conſutilis deſuper contexta per totum, quæ ſicut non pati
tur rupturam: ita non habuit ſuturam. Nam quæ vinculū
perfectionis eſt & cætera diuiſa vnit, non habet in ſe quod
vniri, & quaſi conſui egeat. Eſt enim ipſamet vnio & com
municatio Sancti ſpiritus, pręſertim in Chriſto fuit incō=
ſutilis cui in ſummo gradu poſsibili, ſimul ab inſtanti in=
carnationis infuſa eſt: non ad menſuram, ita vt non poſſet
in ea ſucceſſu temporis creſcere. Et bene dicitur deſuper cō
texta eſt per totum, quia dilectioni proximi tam inſepara=
biliter deſuper contexta eſt dilectio dei in ipſa Charitate,
quæ ad vtramqꝫ dilectionē inclinatur: vt dicat beatus Ioā=
i.Ioan.iiij. nes. Qui non diligit fratrem ſuum, quem videt, deum quē
non uidet, quomodo poteſt diligere? Nec ex meo capite tu
nicam inconſutilem dixi eſſe Charitatem, ſed in hoc ſecu=
tus ſum beatum patrem Auguſtinum, qui tractatu ter=
tio decimo ſuper Ioannem et in alijs locis dicit, in illa tuni
ca Charitatem ſignificari. Ecce ergo quale ſit hoc tertium
Cap.xvi. ornamētum, quod vt exiſtimo in Ezechiele notatur, cum
abſolute dicitur. Ornaui te ornamento. quia excellentia
quadam eſt ornamentorum omnium ornamentum hic ve
ſtitus de auratus, id eſt Charitas, quę operit multitudinem
peccaorum. Varietas autem quam huic veſtitui diximus
eſſe annexam, nomine diſcolorum notatur cum ab eodem
Ezechiele in perſona dei dicitur. Veſtiui te diſcoloribus.



& infra veſtita es byſſo, & polimito, & multis coloribus
vt byſſum referamus ad camiſiam fidei, quam ante nomi=
ne ſubtilium intellectam eſſe diximus. Polymita autem et
multicoloria ad varietatem annexā Charitati. O ſi virgo Ad Roma.v.
non obliuiſceretur ornamenti huius, attendens ꝙ Chari=
tas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū,
qui datus eſt nobis, & ꝙ tantum eſt hoc ornamentū & do
num, vt in lege Dei impoſsibile ſit illud ſine ipſo datore
donari, ſine ipſo vel ad momentum poſsideri, vel ſine ip= Magiſter in primo diſtin. xvij.
ſo ornamento creatorem habere. Et ꝙ tanta eſt eius præ=
cioſitas vt aliqui in eius conſideratione vere deciperen=
tur: non id diſtinguentes ab ipſo creatore. Reuera non
poſſet obliuiſci Chriſti, qui tanto precio hoc nobis orna
mentum comparauit (licet nobis nō ex operibus noſtris,
ſed gratis primo donetur) et qui de ſuo corde illud eduxit
cum vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo
exiuit ſanguis & aqua: vbi ſignificata ſunt Sacramenta,
quæ vaſa ſunt huius ornatus contentiua. Et quidem
nō breuis trrgœdia fieri poſſet, ſi cum eo gemi
tu, qui decet, narrandū hic eſſet, quomo Geneſ.xxxvij.
do hac veſte talari & Polymita nu=
damur, quomodo ſine ea Iſ
maelitis vendimur: quo
modo illa in ſan=
guine hedi
intin
gi
tur: ſed obſtat prolixitas ſuperior, & ſat ſit
commemorare, ꝙ beatus qui cuſto Apocal.xvi.
dit veſtimēta ſua, ne nudus am
bulet, & videant homi=
nes turpitudi=
nem eius.

## CAPVT IIII.

QVARTVM ORNAMENTVM EST *cingulum, ſeu Baltheus quo ſponſæ lumbi præcincti ſunt, caſtitatem (Sacrificium deo acceptiſſimum) ſignificans. Quam plumatã eſſe oportet ex byſo retorta, hyacinto, purpura, ac vermiculo: hoc eſt ex carnis mortificatione & triplici conſideratione. S. dignitatis, munditiæ, & eminentiæ ipſitis caſtitatis, nec non memoriæ paſſionis Chriſti, ac propriæ mortis. Vbi caſtitas & maxime virginalis laudibus extollitur.*

*Cingulum.* QVARTVM ORNAmentum quod ſponſæ ſuæ Chriſtus dat eſt cingulum vel Baltheus. Non enim placet Deo diſcincti; ob quod
*Cap. iij.* totus populus Dei velut ſpeciali quodam titulo accinctus vocatur. Vnde Abacuc canit. Ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulatiõis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrũ. Chriſtus enim, qui ſicut præcinxit ſe vt miniſtraret ſuis in terris: ſic pręcingit ſe vt eis miniſtret in cœlis: totum populum
*Lucæ. xij.* ſuum eſſe accinctum iuſsit dicens. Sint lumbi veſtri præcincti. Quod cum beatus Gregorius exponat dicens, ꝙ lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus: conſtat cingulum de quo loquimur
*i. ad Corin. xi.* eſſe caſtitatem. Deſpõdi, inquit Paulus, vos vni viro virginem caſtam, id eſt accinctam exhibere Chriſto. De hoc cingulo exponi non incongrue põt quod in exodo legimus.
*i. Petri. ij.* Fecit cingulũ (vtiq; Beſelel) de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, diſtinctum arte plumaria; ſicut præceperat dominus Moyſi. Nam licet hic opus ſacerdotalis



cinguli deſcribatur: arbitror tamen id ad vniuerſam Chriſtianam plebem attinere, cui dicitur vos eſtis genus electũ, *i. Petr. ij.*
regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Notanturq; ibi quatuor quorum quodlibet etiam per ſe ſumptum mire conducit ad caſtitatẽ, dum vero ſimul plumantur et decora connexione miſcentur, fit miræ pulchritudinis cingulum. Primũ eſt byſſus retorta, quæ quaſi ſubſternitur aliis diuerſorum colorum floribus: & in hac ſignificatur caſtigatio carnis, qua mortificamus membra noſtra quæ ſunt ſuper terram: non ſemel byſſum (quamuis tenerum & delicatum lini genus de terra tamen ſumptum) torquentes, ſed retorquentes etiam donec ſpiritui ſeruiat. Delicata quippe eſt caro hominis & tenera & mollis, & tamen terra eſt & de terra ſumpta: quæ ne torqueat ſpiritum & ipſa ſimul in eternum torqueatur, hic interim retorquenda eſt. Sic byſſum retorquebat Paulus cum diceret. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne for- *i. Ad corin. ix.*
te cũ aliis prędicauero, ipſe reprobus efficiar: quę ſunt miri ponderis verba, ſi tamen attendas ꝙ verba ſunt rapti vſq; ad tertium cœlum, & in cœlis conuerſantis, etiam dum eſſet in anguſtia carcerum abundantius (vt enim dialecticorũ interim terminis vti liceat) prędeſtinatus poteſt eſſe reprobus in ſenſu diuiſo, licet non in ſenſu compoſito: ideo Paulus timebat ne forte reprobus efficeretur. Ideo omnes ſancti byſſum retorquent nõ ſine ſudore vultus ſui colentes terram carnis olim maledictam, quæ etiam cum multo labore culta ſpinas & tribulos germinat. Super humum populi mei ait dñs per Eſayã ſpinæ & vepres aſcẽdent: quã- *Eſaiæ. xxxij.*
to magis ſuper omnes domos gaudii ciuitatis exultantis: vbi pulchre dicit gloſa. Humũ populi ſui vocat electorũ mentes: quas non videt eſſe ſine punctionibus vitiorum: ex quo infert qbus culpis ſubiecti ſunt, qui ſine formidine carni ſeruiunt. Ideo Dauid (tota die flagellatus) ſollicitus

erat ſeipſum in matutinis caſtigare, primos illos, & quaſi
ij. Reg. xi. in matutino naſcentes paruulos Babylonis ad petram te-
nendo et allidendo. Expertus vtiq; ꝙ cum ſemel incautus
paruulos hos latrunculos ingredi in ſe permiſiſſet: intra-
uit etiam mors per feneſtras eius, & oculos vagus, quo im
pudice Berſabee aſpexit depredatus eſt animã eius, & do-
mum eius quæ varijs eſt calamitatibus oppreſſa, in puni-
ij. Regũ. xij. tionem ſuorum criminum, ipſo ouem reddẽte in quadru
plum, quando pro morte Vriæ ſunt mortui quatuor filij
eius. Primus ex Berſabee, ſecundus Amon, tertius Abſalõ
quartus Adomas. Ideo diſcens ex hijs quæ paſſus eſt caſti
Pſalm. c. moniam, in matutino inquit interficiebam omnes pecca-
tores terrę, vt diſperderẽ de ciuitate domini omnes ope-
rantes iniquitatem: ad quod petebat ſpiritu principali con
Pſal. l. firmari, id eſt virtute, qua ſpiritus ſuus principaretur & do
minaretur carni. Nam eſt ſecundum Chriſoſtomum caſti
tas virtus principalis & imperialis. Hinc eſt etiam quod
Iob ille cuius ſtercore qui de nobis pręſumimus non ſu-
In Sermone contra concubinarios. mus digni: vt pulchre dicit idem Chriſoſtomus: pepigi in
quit fœdus cum oculis meis vt ne cogitarem de virgine.
Itaq; cingulum debet fieri de byſſo retorta, & maceranda
eſt caro etiam dum ſpiritui ſubiecta eſt. Sicut enim ſal mor
dicatiuum in recentes carnes mittitur, non quia tũc oleãt:
ſed ne citius corrumpantur, ſic etiam caro ſubiecta domã
da eſt ne rebellis fiat. Sic Baptiſta ille inclytus ipſis perfe-
ctis fuit forma pœnitentię, & alij ſancti, quorum exemplis
ſuaue olentibus reſperſa eſt eccleſia. Eſt enim gratiſsimum
Deo ſacrificium carnis mortificatio. Vnde vbi legimus ſa
Pſal. xlix. crificium laudis honorificabit me, Chaldaica paraphraſis
legit: domanti fomitem prauum veluti ſacrificium laudis
Pſal. iiij. imputabitur ei. Et vbi legimus, ſacrificate ſacrificium iu-
ſtitiæ & ſperate in domino: trnſfert, domate concupiſciẽ
tiam veſtrã, & reputabitur vobis ſicut ſacrificium iuſtitiæ.



Et ſciẽs hoc Paulus dicebat. Obſecro vos fratres per miſe Ad Rom. xij.
ricordiã Dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuen
tem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium ve-
ſtrum. Vbi pulchre notat Nicolaus de lira ſeptem cõditio
nes quæ debent eſſe in mortificatione carnis ad quẽ remit
to lectorem. Nec imperite etiam notauit Burgenſis a Pau- In Additione eiuſdem cap.
lo innui excellentiam huius ſacrificij ſupra vetera, in qui
bus offerebantur animalia mortua, quæ in ſe nullã veram
ſanctitatem habebant, nec per ſe placebant: Cum tamen in
carnis noſtræ mortificatione corpus noſtrum ſit hoſtia vi
ua, ſancta, & Deo placens, oportet tamen diligenter atten-
dere vt rationabile ſit obſequium noſtrum, vt in hoc ſa-
crificio ſit ſal diſcretionis, & ne quid nimis: ne dum ho-
ſtem quærimus ſubijcere perimamus ciuem. Nam qui ſer-
uum ita per inediam ſubijcit, vt nõ ſolum ad miniſterium
domini fiat inutilis: verum nec ſibi ipſi ſufficere poſsit,
quid aliud ꝙ̃ ſerui ſui ſe famulum fecit? Neceſſe eſt enim
corpori iam inualido ad ſeruiendum, ac per infirmitatem
tabeſcenti contra ſeruire dominum, dum ſemper circa in-
firmitatis eius curã verſatur. Debet eſſe ergo hoſtia ratio Eſai. lxi.
nabilis, & non de rapina holocauſtorũ, quam Deus ſe di-
cit odio habere in hijs quæ neceſſaria vitæ ſuæ auferunt: vt
Hieronymus exponit. Ecce ergo qualis ſit byſſus retorta Habetur de cõſecrat one diſtin. V. nõ mediocriter.
de qua fit cingulum. Hęc eſt byſſus de qua in Ezechiele di
citur. Cinxi te byſſo. Nec mirabitur lector, ſi nos qui byſsi
num ſplendens ſupra interpretati ſumus eſſe fidem, nunc
per byſſum intelligamus carnis mortificationem. Satis Ezech. xVi.
enim immo nimis delicatas habet aures & in ſcriptoribꝰ
ſacris parũ verſatas, qui offenditur dum audit diuerſa, im-
mo oppoſita ex dyametro eidem rei ob diuerſas proprieta
tes aſsimilari. Et Gregorius expreſſe dicit in byſſo imma
culatam carnis incorruptionem ſignari: quæ re vera fit im Lib. xxx. moralium. cap. x.
maculata dum retorquetur.

¶ Secundum quod poſt byſſum retortam in ipſa cinguli
plumatione notatur eſt Hyacinthus, quæ hic vt opinor
non pro gemma, ſed pro flore illo qui Hiſpane dicitur li-
rio cardeno accipitur: nam illud cingulum ſacerdotale ve
lut varijs floribus ſupra byſſum poſitis, ad ornatum erat
*Super Exodũ cap. lxiij.*
vt dicitur in hiſtoria ſcholaſtica & in alijs gloſis. Et qui
dem in hyacinto ſignatur conſyderatio dignitatis mun
ditiæ & eminentiæ quæ eſt in ipſa virtute caſtitatis: quæ
non parum animam ipſam inflamat ad caſtitatis amo-
rem. Sed quis audeat ingredi tam grandem hanc ſil-
uam, & paucis ſe verbis poſſe præſumat laudes caſtita-
tis narrare, preſertim virginalis? Eius enim (vt inquit
*Lib. i. de uirgi nitate.*
Ambroſius) ſi patria quęritur cœlum eſt. Hic enim ad
vena ibi incola eſt. Autor vero immaculatus Dei filius,
cuius caro non vidit corruptionem, nec deitas conta-
gionem: Ex quo enim deitas iuncta eſt carni cœpit in
mundo multiplicari puritas carnis, paucis ante exper-
ta. Qui tamen pauci erant figura virginitatis tempore
gratiæ multiplicandæ ideo licet Moyſes qui Typum te
nuit legis vxoratus fuit: Ioſue tamen qui fuit eius ſuc-
ceſſor & veri Ieſu vmbra vxoratus non legitur. Vnde Hie
*i. Lib. cap. xij.*
ronymus cõtra Iouinia ſcribẽs. ait. Legimus quod Moy
ſes id eſt lex vxorem habuit, oſtẽde mihi Ieſum Naue vel
vxorem habuiſſe vel filios, & ſi potueris monſtrare victũ
me eſſe fatebor. Vbi etiam pulchre ponderat quod Io
ſue in terræ partitione pulcherrimum terræ Iudeæ acce
pit locum, & ꝙ moritur non in vicenario numero: ſed
in decimo. Moyſes enim vixit centum viginti annis:
ſed Ioſue centum & decem: & ꝙ Moyſes dicitur ſepul
tus in valle contra domum Phegor, quod proprie eſt
idolum priapi, quod libidini conſecratur, cuius ſepul-
chrum vſq; hodie ignoramus, qui ſub Ioſue milita-
mus, & ꝙ Moyſes in morte plangitur quia nuptiæ fi-



niuntur morte: non autem plangitur Ioſue quia virgi-
nitas poſt mortem incipit coronari. Quæ omnia breui-
tati conſulens proſequi nolo: ſatis ſit ad noſtrum pro-
poſitum dicere quod Virginitatis cultus per Chriſtum
multiplicatus eſt, qui ideo dicit ſecundum ordinem Mel
chiſedech, quia ſicut fuit ſine patre in terris & ſine ma-
tre in cœlis: ſic dicitur eſſe ſine genealogia id eſt ſine
nuptijs, vt beatus Hieronymus exponit: quod non
*Eod. li. ca. xiij.*
parum facit ad dignitatem Virginitatis Chriſtum ha-
bere authorem ſui, qui etiam ex virginibus proxi-
miorem ſibi chorum facit. Sunt enim illuſtrior por-
tio gregis Chriſti qui cantantes ſpeciale canticum quod
nemo alius cantare poteſt ſequuntur agnum quocunque
ierit. Vnde Chriſoſtomus dicit ꝙ ſicut in bellis alij cor
*In ſermone cõtra cohabitantes fœminis.*
nua agminis, alij medium, alij poſtrema occupant: alij
autem vbi vbi rex comparet ibi cum ipſo apparent: ſic
quoque & virginum chorus nullum alium niſi hunc or-
dinem ſortitus eſt. Nam & virgo ipſa fit Chriſti regis
currus ſicut Cherubin, & ei aſtat ſicut Seraphin. Hæc il-
le. Ideo Ioannes virgo, vt Hieronymus ponderat, vbi
multo familiarius quam Petrus ſupra Chriſti reclina-
tur pectus, familiarius de proditore interrogat, citius
ad ſepulchrum currit, prius in littore Chriſtum agno-
uit. Adde ꝙ propinquior cruci ſtetit, vbi virginem ma
trem in ſuam curam accepit, & ſic cum vult Chri-
ſtus manere, quia non vt Petrus martyrio occubuit. Ex
*Eod. li. c. xiiij.*
quo, vt inquit Hieronymus, oſtenditur virginitatem nõ
*ſane intellige q. Hieronymus uocat ſordes nuptiarum, nõ enim uituperat nuptias ut ipſe pluries teſtatur.*
mori, nec ſordes nuptiarum abluere cruore Martyrij, ſed
manere in Chriſto & dormitionem eius tranſitum eſſe,
non mortem. fuit tamen alio modo vere martyr Ioan-
nes & bibit calicem domini, Nam & ipſa virginitas (vt cę
tera taceam) pro martyrio cõputatur. Vnde pulchre Naza-
rei illi, qui ex virtute caſtitatis candidiores niue & nitidio

res lacte dicuntur: rubicundiores ebore antiquo vocantur, quia ſicut ebur quod de ſe eſt album temporis diuturnitate fit rubicundum: ſic virginitas diu ſeruata pro martyrio quodam computatur. Vnde Chriſoſtomus ait ꝙ ſicut Martyrum velox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronę. Quis enim attendat Ioſeph pulcherrimi adoleſcentis caſtimoniam inter tam varia & diuturna & moleſta impudentis fœminæ irritamenta, qui non dicat eboris ſui albedinem in rubicunditatem etiam verſam? Hæc nobis in laudem caſtitatis obiter dixiſſe ſufficiat cuius adeo eſt venuſta ſpecies, vt non poſsint eam non laudare & admirari etiam qui oderunt eam. Qui latius eius laudes noſſe voluerit Cyprianum, Hieronymū, Ambroſium, & Auguſtinum legat.

¶ Tertiū ꝙ Hyacinto copulatur eſt purpura, in qua Chriſti paſsio ſignatur, cuius conſideratio valde proficit contra omnem tentationem carnis. Et quidem, vt a longe incipiamus, ipſa Chriſti caro, etiam ſine rubore paſsionis inſpecta pura tamen eſt, ex puriſsimis ſanguinibus Virginis ad indumentum Dei effecta, quæ ad caſtificandam animam & carnem noſtram apprime valet. Sicut enim ex origine carnis Adæ noſtra caro inficitur: ita ex vnione ad carnem Chriſti Deo vnitam caſtificatur, ob quod carnem

*Sententia Bernardi in Sermone Cœnæ domini.*

ſuam edendam nobis præbuit. Qui enim ſentit ſe minus a carnis ſtimulis impugnari, gratias debet agere carni & ſanguini Chriſti, ideo quippe verbum eſt incarnatum, vt nos (ſi ſic liceat dicere) excarnemur: & quę ſunt ſpiritus ſapiamus. Ideo Cyrillus efficaciter monet, ne raro communicent fideles, ſed magna fiducia ad ſumendam vitam recurrant, dicens: quod poſtquam demon excitat hominem ad turpiter viuendum, quantum poteſt hortatur, vt fugiat communionem, qua poſſet a ſua ebrietate euocari. Et quarto lib. ſuper Ioannem pulchre dilatat, ꝙ

*Super Sex. cap. Ioan. lib. iij. ca. xxxvij.*



caro Chriſti coniuncta verbo eſt viuifica, & quod ſi tactu mortuos ſuſcitabat, multo plus manducata dabit vitam: in cuius figura per comeſtionē carnis agni & tinctionem ſui ſanguinis data eſt vita Iſraelitis. Nam ſicut ſi quis ſcintillam ignis fœno occultauerit, totū inde ignitū neceſſario fiet: ſic verbum & ſcintilla in noſtram naturam immiſſum totam imflamauit, & interitu deſtructo ad vitam reduxit. Sancte ergo inquit Cyrillus, viuas, & benedictiones panis participes, qui, mihi crede, non mortē ſolum, verum etiā morbos omnes depellit. Sedat enim cum in nobis manet Chriſtus ſęuientem membrorum legem: pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit: nec in quibus ſumus peccatis conſyderat, ſed ęgrotos curat, colliſos redintegrat, & ſic paſtor bonus ab omni nos erigit caſu. Hæc ille. Qui etiam exponens id: ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam, dicit quod ſpiritū hic ipſam ſuam carnem nuncupauit: non quia ſuam amiſerit naturam, ſed ob vnionem ad verbum, ex quo totam viuificandi vim hauſit. Nam ſi qui adheret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo, quomodo non caro vna cum eo vocabitur? & ita licet caro vt caro per ſeipſam non prodeſt quicquam, tamen vt ſpiritus prodeſt in ſacramento, vbi ad modum ſpiritus eſt tota in toto ſacramento, & tota in qualibet parte. Hæc ex Cyrillo, quia vtilia & dulcia ſunt, inſerere hic placuit, magis eius ſenſum aliquando quam verba ſequendo: vt pateat quantum purpura carnis Chriſti ad caſtitatem proſit. Sed præcipue dum cōſideratur in fine ſuę vitę, id eſt dum conſideratur crucifixa, purpura ſuo ſanguine rubicundior eſt, & ad noſtri cinguli plumationem commodior. Quod bis ſignificatum eſt, dum tactu fimbriæ ſui veſtimenti mulier ab inſanabili plaga fluxus ſanguinis ſanata eſt. Hæc

*Mat. ix.*

enim fimbria Chriſti crux eſt, id eſt Chriſtus crucifixus, qui effuſione ſui ſanguinis vberrima noſtræ carnalitatis

ſanguinem ſiſtit, & ſiccat. Sic olim qui patiebantur mor
Ioha.iij. & Numeri.xxi. ſus ignitorum ſerpentium, aſpectu ſerpentis ænei ſanaban
tur. Nam velut morſus igniti ſerpientis eſt carnalis tenta-
tio, cum nos inflammat: ſed cum attendimus quantum
pro nobis innocens Chriſti caro afflicta eſt, etiam ipſa
rebellis caro contremiſcit. Ideo Dauid clamabat. Con
Pſal.cxviij. fige timore tuo carnes meas a iudiciis enim tuis timui.
Vbi Hieronymus iuxta Hebraicam veritatem tranſtulit:
horripilauit a timore tuo caro mea (quod eſt vehemen-
ter exhorrere, ita vt pili capitis erigantur in rectum) a
Iob.xxxi. iudiciis enim tuis timui. Iuſte enim qui conſiderat iudi-
tium aſperum factum in ligno viridi: timet ne lignum
aridum iam ignem illum nunc intra ſe nutriens, qui eſt
vſq; ad perditionem deuorans, & omnia eradicans ge-
nimina (id eſt ignem libidinis) æterni ignis tradatur in
Eſa.xi. cendio. O quale eſt cogitare illam iuſtitiam, quæ fuit cin-
gulum lumborum Chriſti, dum puniuit in carne ſua
innocentiſſima & Diuiniſſima rebelliones noſtræ car-
nis, ſemper contra ſpiritum recalcitrantis, portans pec-
cata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum, & iuſtitia qua-
dam riguroſa in ſe caſtigans, quæ non fecit, & exoluens,
quæ non rapuit, byſſum ſuam puriſſimam propter nos
Cant.vij. pluſquam retorquens. Non ſine cauſa ſponſę dicitur.
Comæ capitis tui ſicut purpura regis, tincta canalibus.
Quia aſſidue vt caſtior eſſet & mundior, de Chriſti vul-
neribus cogitabat: & caput eius dicitur vt carmelus,
quod interpratatur agnus circumciſus, vel coccinus, vel
cognitio circumciſionis: quia in Chriſto crucifixo, quem
ſponſa contemplatur, diſcit qualis debet eſſe circumciſio
voluptatis, tam in corde quam in corpore, cum inno-
cens agnus qui tollit peccata mundi, ita a ſe omnes deli-
tias mundi abdicauerit. Inde eburca ſtitatis venit ad col-



lum, quod in ea dicitur quaſi turris eburnea: quia eſt ex-
celſę caſtitatis in cogitatione. Per collum enim ſpon- Sermone.xli. ſuper cantica.
ſæ intellectum dicit Bernardus intelligi exponens id, col-
lum tuum ſicut monilia. Inde eſt etiam venter ſponſę vt
aceruus tritici vallatus liliis, cum ex caſtitate, quam ha-
bet in corpore, vberrimum fructum ſibi ſentit accreſce-
re, & pluribus bonis operibus quaſi filiis ſe ſentit cir-
cumdari, dum liliis vallatur puritatis. Omnis quippe
hæc caſtitas tam cordis quam corporis ex comis capitis,
quę ſunt vt purpura regis, & ex coccino illo oritur, quod
pro ſigno in manu Zaran ponitur, & quo domus Raab Gen.xxxviij.
ſaluanda dignoſcitur. Vnde Bernardus exponens illud Ioſue.ij.
Eſaie, ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo, ait:
ſi intellexerimus foſſam humum illam, quæ ait: fode- Sermone.lxij.
runt manus meas & pedes meos, non erit ambigendum ſuper cantica.
de ſanitate in ea citius adipiſcenda animę vulneratę, quæ
in ea demorabitur. Quid enim tam efficax ad curanda
conſcientię vulnera, nec non ad purgandam mentis a-
ciem, quam Chriſti vulnerum ſedula meditatio? Hæc
omnia ideo diximus vt pateat qantum valeat purpura ad
cingulum noſtrum: quantum proſit caro Chriſti pręſer-
tim dum conſideratur, vt attrita propter ſcęlera noſtra
contra carnis tentationes, quæ ſunt vt vulnera ſerpen-
tium ignitorum. Sed quis dabit capiti meo aquam, &
oculis meis fontem lachrimarum: vt digne deplorem hor
rendum monſtrum, quod olim quaſi in figura in ipſo cal-
uarię loco poſitum eſt: abominandum ſcilicet Veneris tem
plum, quod ibi conſtructum fuiſſe referunt hiſtoriæ, vt
Chriſti crucifixi re vera periret? Iam enim non in figu
ra, ſed in veritate in ipſo agro eccleſię ſanguine Chriſti
empto & reſperſo, quę tam in agro Acheldemach quam in cal
uario ſignatur, apparet templū Veneris: nec pudet membra

Chriſti fieri membra meretricis. Prouideat Deus eccleſiæ ſuæ, & patefaciat fidelibus ſuis monumenta, quæ ipſo moriente aperta ſunt, vt pateat quam horrenda ſit luxuriæ fœditas, & reſugat Lazarus qui iam fœtet. Et quidem ad hoc non parum confert vltimum ex quo cingulum fiebat.

¶ Quartum namq; & vltimum quod ſupra dictis coniungitur eſt vermiculus, in quo recte mortis conſideratio ſignificatur, quæ mirum eſt quam potens ſit ad cingulum ca-
*Iob.xxV.* ſtitatis conficiendum. Qui enim conſiderat, quod homo putredo, & filius hominis vermis eſt, & vermium eſca: non
*In expoſitione* quęrit carnis cito moriturę delicias. Vnde Baſilius pul-
*Pſal. xxix.* chre exponit illud Pſalmi: quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem, in perſona iuſti, qui ex conſideratione corruptionis ſuæ carnis in morte, videt nullam ſibi futuram vtilitatem, ſi nutriat multum ſanguinem, laute viuendo, & ſaginet carnem ſuam cito perituram, quę tanto impetu ad corruptionem deſcendit, quanto cœlum ipſum mouetur ab oriente in occidens, magna ve-
*Cap.xx.* locitate nobis numerans & conſumens breuis vitæ no-
*Gregorius.iij* ſtræ peryodum. Sic pulcherrime, vt beatiſſimus Gre-
*lib. moralium* gorius exponit, Iob teſta vlcera radebat (nullam quippe
*c.iij. & c.xxij.* ſanę carni mollitiem adhibuit, qui vulneri teſtam admouit. Cum enim Gregorius late explicuiſſet percuſſuram vlceris peſsimi, a planta pedis vſq; ad verticem capitis, eſſe varias carnis tentationes, & delectationes, quibus mens iuſti probatur, dum ſola ſeruatur anima per intentionis rectitudinem, ex quo deliberatio ad mollicíem conſenſus non peruenit: ait. Sanies eſt fluxus illicitæ cogitationis, & teſta mortalis fragilitas, quam tenet manu qui conſiderat & ſic ſaniem radit. Non enim
*Iudi.vi.* eſt ſanies cogitationis paruipendenda, licet ad effectum non perducatur: quia Hieroboal poſt hœdum etiam



ius carnium id eſt cogitationes ex carnalitate venientes mactat. Et pulchre dicit, quod ne ex victoria ſequatur ſuperbia, oportet cum Iob in ſterquilinio ſedere: vbi ad literam ipſe Iob ex fœtore loci in fœtorem cito reddituram carnem ſentiebat. Hæc ex Gregorio magis eius ſenſum epylogando, quam verba narrando, excerpta ſunt. Itaq; vermiculum in cingulo ponimus, cum carnem quæ ex putredine inſtar vermis naſcitur, cito a vermibus cōſumendā cō-
ſyderamus. Vermiculū etiā ponimus cū attēdimus quis re- *Iob.xxiiij.*
morſus delitias carnis in cōſciētia ſequitur, & quod vt Iob ait, dulcedo illius vermes, quia peccatū quod fuit malis dulce, verſum eſt in vermem conſcientiæ. Vermiculum ponimus, cum hic vel tenuiter, vt poſſumus cogitamus vermes
illos inferni, de quibus dicitur. Subter te ſternetur tinea, & *Eſa.xiiij.*
operimentum tuum erunt vermes. Ideo quippe vermiculum, & non vermem dicimur ponere, quia parum eſt quicquid in hac vita cogitare ſufficimus de illo futuro ſupplicio. Ecce ergo quale erat ſacerdotale cingulū, & quale nos
decet, quos fecit Chriſtus regnum & ſacerdotes. Sed iam *Cap.lxiij.*
non mihi prætereundum videtur, quod vt notatur in hiſtoria ſcholaſtica ſuper Exodum, baltheus hic ſiue cingulum, ſumebat initium cingēdi a pectore, & circumductis lateribus iterum ante vmbilicum redibat, ibiq; modice ſtringebatur, & vſq; ad tibias dependebat ad decorē. Nam
quod ad propoſitum attinet, caſtitatis cingulum a pectore *Apo.i.*
ſumit initium cingendi. Chriſtus enim præcinctus ad ma-
millas apparuit in Apocalipſi, & beati dicuntur ab eo mū- *Mat.V.*
do corde. Ille enim cuius virtus eſt in lumbis eius, & forti- *Iob.iiij.*
tudo in vmbilico ventris eius, non tantum ventre, ſed &
pectore prius repere dicitur, & ita pectus ipſum maxime *Ordinaria*
cingendum eſt, & cor purificandū. Et vt ſubtilius aliquid *Gene.iij. dicit*
loquamur ſpiritualibus: qui Deo feruenti ſtudio placere *quod ubi legi*
nituntur, non tantum pectus & corpus cingunt, a carnali *mus ſup pectꝰ* *tuū gradieris*

ſecundū aliā editionē dicitur pectore & uentre repēs.
ſe delectatione omnino refrenantes:ſed valde ſolliciti ſunt,
ne in aliqua creatura inordinate delectētur, ſcientes quod
apud Zelotem ſponſum Chriſtum talis inordinata delecta-
tio velut quædam ſpiritualis luxuria ſit. Vnde Scotus pri-
In.ij.diſt.vi. queſt.ij. ar.ij.
mum peccatum luciferi ſubtiliter dicit reduci ad quandā
luxuriam ſpiritus, qua inordinate ſibi ipſi complacuit.
Nec enim qui prohibemur in aliqua creatura inordina-
tam habere complacentiam, permittimur, vt vel in nobis
ipſis complaceamus:ſed a nobis ipſis nos pręcipue & pri-
mo ſeruare debemus. Lege obſecro Auguſtinum, ſuper il-
Pſal.xli. lud Pſalmi, Ad me ipſum anima mea conturbata eſt, & pa-
tebit, quod radix conturbationis in nobis eſt, dum nobis
ipſis placere quærimus. Hoc eſt enim ad me ipſum animā
conturbari meam: dum me ipſum reflexo & curuo amo-
re quæro conturbare. At qui Deum quærit, ſerenus & for-
tis eſt, ſicut Dauid cum diceret, fortitudinem meam ad te
cuſtodiam: quaſi dicat, qui dum me ipſum quæro contur-
bor: dum te quæro, fortis ſum. Ideo cum dixiſſet, ad me
ipſum anima mea conturbata eſt, remedium ſuę contur-
bationis ſubiungens addidit. Propterea memor ero tui de
terra Iordanis & Hermonii a monte modico. Id eſt deſcen-
dam humiliatus, & iam de me non cōfidens, ſed me ipſum
anathematizabo, iuxta expoſitionem Auguſtini. Nam
Iordanis deſcenſus iudicii, & Hermon anathema interpre-
tatur. Vel aliter: memor ero humilitatis tuæ de terra Iorda-
nis, vbi baptizandus es, & etiam memor ero humilitatis
quam in monte humili caluario habiturus es, anathema-
tizatus & extra caſtra eiectus, quaſi opprobrium homi-
num ab abiectio plebis: quando iterum in tuo ſanguine
Ad Ro.xV. baptizaberis. Ad hanc memoriam nos Paulus monet, cū
hortans ne ſimus nobis ipſis placentes ait. Et enim Chri-
ſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt, opprobria ex-
probrantium tibi ceciderunt ſuper me. Quia enim zelauit



pro patris honore, cum eius deitas expugnari non poſſet,
ſuper eius humanitatem ceciderunt tormenta: nam (vt pul-
chre dicit Lyra) ſicut lapides proiecti a machina contra In expoſitione
turrim infrangibilem, reſiliunt cadentes ſupra domum ei Pſal.lxviij.
coniunctam, eam frangentes: ſic opprobria Iudeorū pro-
iecta contra virtutem deitatis, cui nocere non poterant, re-
ſilierunt ſupra fragilitatem humanitatis, deitati cōiunctā,
& eam obruerunt morte. Itaq; Chriſtus non ſibi placuit,
& ideo patri in eo bene complacuit, quia non ſuam, ſed
patris voluntatem facere venit. Ita non debemus nos in
nobis ipſis complacere, ſed pectus ipſum a ſpirituali lu-
xuria omnis inordinati amoris muniendum eſt: vt ſi-
mus ſuccincti lumbos mentis noſtræ. Vnde ab Iob i.Pet.i.
dicitur. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Vbi dicit gloſa:
licet Iob eſſet præditus caſtitate, quia tamen eſt luxu- xxxviij.
ria cordis, qua de caſtitate & virtutibus gloriamur:
dicitur ei, vt qui prius luxuriam corporis vicerat, nunc
luxuriam reſtringat elationis. Vides ergo, quod eſt luxu-
ria, cordis quæ naſcitur etiam de caſtitate corporis. Qui
autem ſoli Deo placere quærit & in ſe non gloriatur: hic
perfectiſſimę caſtitatis cingulum habet. Et vide quam
periculoſa ſit cordis luxuria, quæ ſolet ſe bonis operi-
bus immiſcere. Nam aliquando ob hoc ſolum datur
multis tentatio carnis, vt liberentur a luxuria cordis. Te- ij.Cor.xij.
ſtis eſt Paulus dicens: ne magnitudo reuelationum extol-
lat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. Contingit
quippe aliquando, quod etiam occupatiſſimis in cœle-
ſti contemplatione datur hic ſtimulus ad vtilitatem eo- Iob.xi.Grego-
rum, in quibus, iuxta Gregorii expoſitionem, quaſi rius.lib.x. mo-
ſimul coarctatur infernus cum cœlo: nec eſt qui Deo ralium.cap.xij.
poſſit dicere, cur ita facis? Quod etiam (vt dicit Ricar-
dus) pulchre ſignatum eſt, quando Moyſe loquente cū deo
in monte, inferior populus vitulum adorabat: nam anima

ſecundum portionem ſuperiorem in deum eleuata, populus virium inferiorum quaſi adorare videtur vitulũ in carnis rebellione indomita, & abſq; iugo. Adeo enim eſt odibilis luxuria cordis, vt ad eam euitandam hæc aliquando permittatur in corpore. Expedit enim magis ait Bernardus virginem nõ eſſe, ꝙ de virginitate inſoleſcere. Donec cum deo placitum eſt, fit pax plena in virtute eius, in qua non tantum pereunt Amalechitę, ſed ipſe Agag rex pinguiſſimus a Samuele occiditur, in quo, vt dicit gloſa moralis, oſtenditur illud donum hæroicæ caſtitatis, & magis angelicæ quam humanæ, quod Chriſtus tribuit, extinguens incentiuũ carnis, vt legitur de beatiſsimo patre Fräciſco, poſt impreſſionem ſacrorum ſtigmatum: & in collationibus patrum de Abbate Sereno, qui in ſomniis vidit angelum Dei eunuchizantẽ ipſum, & ex tunc nullum motum carnis ſenſit. Ecce ergo quale ornamentum ſit cingulum noſtrum, quod latius deſcripſimus. Nec aliud mihi ſupereſt in hac parte dicendum, niſi quod qui hoc ornamentũ non habet, ſuæ culpę imputet, & ſollicitus illud quærat. Cum autem illum poſſederit, non ſuis viribus imputet: ſed imitetur fortem mulierem, cuius laus eſt, quod cingulum tradidit Chananęo. Chananeus quippe interpretatur recte affligens, vel recte reſpondens, vel contritus, vel cõfractus, vel negociator: in quibus omnibus bene Chriſtus ſignatur, qui fuit recte affligens hominem poſt peccatum dilatione incarnationis, & recte reſpondens, cum pro eius aduentu ſuſpirantibus ſe veturum eſſe promiſit, & impleuit: fuitq; pro nobis contritus in toto vitæ ſuæ proceſſu, & confractus in paſſione, quando, vt dicit Bernardus, inſtar Moyſi ſtetit extenſis manibus in confractione in cõſpectu patris, vt auerteret iram eius, ne diſperderet populũ ſuum. Negociator vero fuit, poſt reſurrectionem, in cœlum aſcendens, & dona ſpiritus diſcipulis tribuens, & quaſi omnibus

*Supermiſſus eſt Hom.i.*

*i.Reg.xv.*

*Prouerb.xxxi.*



bus dicens negociamini dum venio. Nam inſtar negociatoris varia nobis talenta partitur, vt ad ſanctam & nobis ſolis vtilem vſuram recipiat. Quod ſi bene vis negociari huic Chananęo omnes diuitias trade: ſed precipue trade cingulum, quod fit cum virtus caſtitatis gratiæ ſuæ donũ eſſe cognoſcitur: ideo recte hoc cingulum dicitur feciſſe Beſeleel, ſicut & cætera, quæ ad cultum tabernaculi & ornatum ſacerdotum pertinebant. Beſeleel enim interpretatur in vmbra Dei. Quia ergo Deo obumbrante, & quaſi refrigerante fornacem Babilonis, æſtum ſcilicet concupiſcentię noſtræ, hoc donum poſſidemus: Beſeleel cingulum fecit. Vnde inclytus ille martyr Chryſantus dicebat. Errat qui putat caſtitatẽ ſe poſſe ſuis viribus obtinere: niſi enim tuo imbre fuerit extincta flamma libidinis, nõ poteſt animus peruenire quo pergit. Sic tradebat cingulum Chananæo ſapiens dicens. Vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det: & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum, adij dominum, & deprecatus ſum illum. Hinc eſt quod virginitatis donum vix aut nunquam inter infideles purum repertum eſt. Vnde Chriſoſtomus dicit: inter Græcos licet pauci ita ſint philoſophati vt opum fuerint contemptores, qui tamen ab ira ſunt victi, virginitatis autem flos nullo modo apud illos floruit, in qua ſemper conceſſerunt nobis primam dignitatem, ingenue fatentes rem ſupra naturam eſſe, & non humanam, & eapropter omnibus gentibus admirationi fuimus. Et Ambroſius dicit. Non mihi quis proponat Veſtæ virgines, & Palladis ſacerdotes. Qualis iſta eſt non morum pudicitia, ſed annorum, quę non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Quid de ſacris Phrigiis, aut orgiis Liberi dicã, vbi colitur ſtuprum deorum: hæc ille. Qui etiam narrat exemplum notabile Virginis pythagoreæ, quę abciſſam linguam deſpuit in tyrannum, ne eſſet quam vltra inter-

*Luce.xix.*

*Sap.viij.*

*In Sermone cõtra cohabitãtes fœminas.*

*Lib.i.de Virginitate.*

rogaret, vt ſecretum proderet: ſed tumenti inquit vtero vi-
cta eſt cupiditatibus, quę tormentis vinci nequiuit. Tradat
ergo Chriſti ſponſa cingulum Chananæo, vt ſic induta
fortitudine & decore perſeuerantis auxilii diuini, ridere
poſſit in die nouiſſimo: & non ſe excuſet ſus lota in volu-
tabro luti dicens, quod donum ſit ſupra vires. Idem enim
Chriſtus, qui amans vt ei tradatur cingulum, dixit, non
*Mat.xix.* omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt: idem
addidit, qui poteſt capere capiat. Vbi ſe oſtendit ad dan-
dum paratiſſimum, ſi ſit, qui efficaciter capere velit. O ſi
virgo non obliuiſceretur, ornamenti huius. Vtiq; non
eſſet anima velut meretrix obliuioni tradita: quod ſi pacti
Dei oblita es, vade & reuertere ad virum tuum priorem,
*Cap.iij.* qui te per Hieremiam vocat, dicens. Fornicata es cum
amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſci-
*Epiſtola ad de-* piam te. Nam vt diuus Dyoniſius ait: a ſe auerſos, ac reſiliē-
*mophilum.* tes amatorie ſequitur, contenditq; ac depræcatur ne ſe dea-
ſerant, quos tanta vi amoris inquirit.

## CAPVT V.

QVINTVM ORNAMENTVM EST CALCE-
*orum, mundi contemptum oſtendens, quo Chriſti ſponſam decet*
*ornari: quod quoad ſoleas, hoc eſt in parte, repertum fuiſſe in mul-*
*tis Ethnicorum, aptis probat exemplis: perfecte autem, & in toto*
*non niſi in Chriſtianis inueniri poſſe.*



QVINTVM ORNA- *Calcei.*
mētum eſt calceorū, quod, vt ad pro-
poſitum ſufficit, eſt mūdi contēptus,
quo decet eſſe calciatos Chriſti diſci-
pulos in præparatione Euangelii pa-
cis. Ideo educens angelus lumen ec-
cleſiæ Petrū, vt eccleſiam ſua doctri-
na illuſtraret, quod Herodes ante tempus extinguere vole-
bat: poſtquam ei iuſſit vt præcingeretur ſubdidit & calcia-
te caligas tuas, quæ ſecundum gloſam, genus erant calcia-
mentorum. Sicut enim opus eſt Chriſti ſeruos habere lum-
bos præcinctos, & lucernas in manibus: ſic & pedes calcia-
tos per contemptum mundi. Et quidem pro hiis calceis
conficiendis nō erunt omnino inutiles ſoleæ ex exemplis
paganorum & philoſophorum. Valent enim ad confuſio-
nem noſtram, quando non facimus quod Ethnici & Pu-
blicani faciunt, & Sydoni ait mare vt erubeſcat. Nam cum *Eſa.xxiij.*
audio Senecā de rege Antigono narrantē, quod cum audi- *lib.iij. de ira.*
ret iuxta tabernaculū male de ſe loquentes milites, nil in- *Cap.xxj.*
dignatus, leui voce dixit (quaſi ſe alium ſimularet) diſcedi-
te, ne vos rex audiat. Et quod idem extrahens a luto quoſ-
dam milites, qui ei maledicebant, dixit. Nunc maledicite
Antygono, cuius vitio in has miſerias incidiſtis: ei autem
bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Erat enim
eis incognitus. Confundor ego qui ſum curioſus in inqui-
rendo quid in me dictum ſit, & malignos ſermones etiā ſe-
creto habitos euerto impatiens animi. Cū audio de Alexā- *Fontanus in*
dro Seuerino, quod Quintū Camillū Senatorē conuictum *lib. De magna-*
affectatæ tyranidis ſociū coram ſenatu declarauit imperii: *nimitate.*
cū ipſe timeret occidi, & agēs ei gratias magnas ꝓ ſuſcepta
cura reipublicæ, quam etiam multi probi viri recuſarent:
conceſſit ei auguſtalia ornamenta, & ſecum in palatio

manere fecit, adhibuitq; in menſam, & fecit contra Germanos proficiſci, & eum ſecutus eſt, donec ille pertęſus laborum, in villas & agros ſuos ſenex iam conceſſit. Magis adhuc verecundor ego qui parui animi ſum in remittendis iniuriis: cum audio quod Phocion Athenienſis cũ iniuſtiſſime ad ſupplicium duceretur, interrogatus ab amicis ſequentibus: vellet ne proprio filio aliquid ſignificare,

*Refert idẽ Põtanus lib. i. de magnanimitate.*

vt illatę (inquit) in me populo ab Athenenſi iniurię prorſus obliuiſcatur. Et cum morti defferretur mora a carnifice, quod vellet duodecim ſibi prius drachmas a magiſtratu pro veneno ſolui (tanti enim eius veniebat vnciola) non ſtabit per me hoc inquit Phocion, & vocato ex hiis qui ſequebantur amico: quãdo inquit emori Athenis, niſi empta prius morte non licet: huic quæſo veneni precium nomine meo exoluito. Hęc inquam audiens Chriſtianus maiori ſuffundor pudore: nam hic certe nondum dicentem Chriſtum audierat: pater ignoſce illis. Arguit cæcitatem meam etiam ipſe Epycurus, dum audio eum negantem admittendas eſſe voluptates, quas maiores moleſtiæ conſequantur, & aſſerentem quod conſciencię carere cruciatu, voluptas eſt maxima. Lege Senecam in epiſtolis miras Epycuri ſententias ventilantem, & magnificantem: vt eſt illa. Si uis Pythoclea te diuitem facere, non pecunię adiiciendum, ſed cupiditatibus eſt detrahendũ.

*Epiſtola. xxi.*

Quod ad omnia quæ hoĩes amant Seneca extendit, vt ſi vis ſenem te facere & implere vitam, non annis adiiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum, ſi vis voluptuoſe viuere: non delitiis addendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum. Confundit me ille Demetrius Cynicus, quem idem Seneca miris pluries extollit

*De beneficiis. vij.*

laudibus dicens, eum magnum etiam ſi maximis comparetur, quem (inquit) mihi videtur rerum natura noſtris tuliſſe temporibus: vt oſtenderet nec illum a nobis corrumpi, nec nos ab illo corripi poſſe. In paupertatę enim hic &



nuditate gloriabatur, vt Chriſtiani increpet auaritiam: qui quaſi Heſperius ille ſerpens qui malis aureis dies noctesq; incubabat: ſic aurum obſeruat & colit. Talium innumeris exemplis plenæ ſunt hiſtorię. Quę tamen ideo pro ſoleis calceorũ noſtrorũ pono quia (vt pulchre dicit Chryſoſtomus in ſermone aduerſus gentes, & in beati Babilæ martyris laudem) multis vitiis vmbra virtutis eorum fuit fœdata. Lege obſecro eruditiſsimos beati Cyrilli in Iulianum apoſtatam libros, & vide ad longum vitia ſummorũ Philoſophorum, qui in maiori habiti ſunt precio, quę cõfirmat teſtimoniis Porphirii, qui diligenter antiquorum Philoſophorum vitam luſtrauerat: & videbis quod non ſunt eorum exempla ſufficientia pro calceis integris animæ Chriſtianæ. Valent tamen pro ſoleis. Nam cõfundunt Chriſtianos nomine, qui aperto opere vitia ſequuntur. Neq; negandum eſt Dei auxilio ſpeciali morales virtutes aliquos Pphiloſophos exercuiſſe, quæ nobis deſeruire debent, ſicut ſpolia Aegyptiorum, & ſicut mulier captiua, quæ iuxta legem in pręlio capta raſis capillis & vnguibus ſciſſis, poſt fletum deſponſatur. Vel ſicut laminę thuribulorum æneorum, quę affigi præcipiuntur altari, licet igne conſumpti eſſent ducenti quinquaginta qui eis vtebantur.

*Exo. xi.*
*Deute. xxi.*
*Numeri. xvi.*

Sed non deſunt nobis alia viua & veriora exempla, quaſi pellis ſanctorum animalium, vere mundo mortuorum, qui fuerunt præclarę victimę domini, quos retinens mundus inhorruit, ipſum nam ſterili flore per aridum ſpreuere penitus Chriſtum ſequentes: vt poſſimus eſſe calciati ſicut decet eſſe eos qui comedunt agnum feſtinanter, non hic ſedentes, ſed dicentes: ſtantes erãt pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Qui tanquam aduenæ & peregrini accincti, & baculos habentes tranſire feſtinant ad veram promiſſionis terram, dimiſſis ollis AEgyptiis, & abſtinentes a carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animã.

*Exo. xij.*

Non deſunt exempla earum, quæ regnum mundi & omnem ornatum ſęculi contempſerunt, quaſi ſtercus propter amorem domini noſtri Iheſu Chriſti. Sufficit vel vnica Agnes beatiſſima (ſi eius geſta & verba penſentur) ad totius mundi pleniſſimum contemptum: neq; alios oportet deſiderare teſtes vanitatis mundi: ſi audias eius piiſſimas blaſphemias, quibus omnia, quæ in precio habentur ab amatoribus mundi, execratur. Lege Ambroſium in primo libro de virginitate, miris laudibus eius infantiam caniciem mentis plenam efferentem, & videbis quod non niſi pro ſoleis valeant Philoſophorum exempla.

✠

# CAPVT VI.

SEXTVM ORNAMENTVM EST SANDA*lium, Hiſpane chapines, eo eleuationem mentis a uiſibilibus in Dei inuiſibilia ſignificans, quod Sandalia ex humiliori altiorem, & proceriorem efficiat fœminam. Hoc ornamentum connectit ſatis apte præcedenti: quia contemptus huius ſæculi annexam habet meditationem, & deſiderinm futuri. Vbi ſuccincte de contemptu & recto uſu rerum humanarum authoritatibus diſerit.*



SEXTVM ORNAmentum ſponſæ, quod calceos ſequitur, eſt Sandalium, quod proprie Hiſpane dicitur chapines, licet ad aliud genus calciamenti aſſumatur hoc nomē, cum Apoſtolos vſos ſandaliis legimus apud Marcum. Et in hoc ornamento ſignatur aſſurrectio animę ex viſibilibus ad inuiſibilia, quæ eſt quædam gratia per quam anima nō ſiſtens in hiis, quæ ſenſibus corporis percipit, ad inuiſibilia eleuatur. Sicut enim Sandalia ad literam ſeruiunt vt arte fiat procerior fœmina, quæ natura ſua eſt ſtatura humilior: ſic cum hiis ſpiritualibus Sandaliis per gratiam fit anima altior, quæ ex pronitate ad carnem facta eſt poſt peccatum depreſſior, immo & humi repens: ſicut Dauid teſtatur dicens: adhæſit pauimento anima mea. Acceperat tamen Sandalia, cum dicebat: qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Syon. Nam portæ mortis ſunt ſenſus noſtri, per quos quaſi per feneſtras intrare ſolet mors, & de hiis exaltatur, qui de corporeis ſenſibus ad ſpirituales eleuatur. Et recte hæc Sandalia iunguntur calceis: quia contemptus præſentis ſæculi annexum ſibi habet deſiderium, & meditationem futuri ſæculi: nec poteſt non contemnere hæc inferiora, qui cogitatione & amore ad æterna tranſit ex hiis ipſis, quę hic videntur. Hinc eſt quod non dixerūt qui præteribāt, benedictio domini ſuper vos. Nam, vt pulchre exponit Hilarius, amatoribus mundi, qui oderunt Syon, qui carnem ſequuntur & mundum florentē, inſtar fœni tectorum, quod prius q̃ euellatur exaruit, de quo non impleuit manum ſuam qui metet falce mortis, neq; ſinum ſuum impleuit ange-

Sandalia. — Cap.VI. — Pſal.cxviij. — Pſal.ix. — Pſal.cxxviij.

lus ille, qui manipulos colligit: his inquam non benedi-
cunt prætereuntes. Non enim poſſunt beatos eſtimare,
ſed valde miſeros, quos mundus fœlices reputat. Qui ſunt
autem qui pręteribant, niſi qui ſandalia habent, qui non
hic ſiſtunt, ſed ad æterna, quę cogitant, mente tranſeunt?
Sic tranſibat ille, qui contemnens impium, quem vide-
bat ſuperexaltatum & eleuatum ſicut Cedros libani: tran
Pſal.xxxvi. ſiui, inquit, & ecce non erat, quæſiui, & non eſt inuentus
locus eius. Non hoc dixit, poſtquam impius ex ſæculo
Pſal.lxxij. hoc tranſiuit: ſed impio adhuc viuente in ſua gloria. Cum
Propheta mente tranſiret ad æterna, attendit quod non
erat in ſanctuario Dei, nec locum habebat in nouiſſimis
ſuis in ciuitate ſuperna: quia nomē eius non erat ſcriptum
in cœlis, ideo contempſit eum etiam hic florentem: in-
telligens quod pręſens fœlicitas vt præclare beatus pater
Pſal.xciij. Auguſtinus exponit, fouea eſt, quæ peccatori foditur,
in qua dum ſe credit eleuari, cito defectus ſepeliatur
in inferno. Ideo opus eſt iuſtos patienter interim fer-
re, donec fodiatur peccatori fouea: quo aduſq; iuſtitia
Iob.v. conuertatur in Iuditium. Sic tranſibat, qui videns
ſtultum firma radice exaltatum, dicit: maledixi pulchri
Sapi.xiiij. tudini eius ſtatim. Non inquam poſtquam periit, poſt
quam aruit radix eius, ſed ſtatim. Hæc Sandalia cum
quibus tranſit, & eleuatur anima ad ſuperiora, reddunt
ſponſam Chriſti ita ſapientem, vt creaturę (quę ſicut ſcri
ptum eſt) factę ſunt in muſcipulam & laqueum pedibus
inſipientium, ſibi ſint in adiutorium & auxilium ad al
tius aſcendendum. Nam ſicut quæ cęcis eſt petra ſcan-
dali, & lapis offenſionis his, qui inaduertenter ambu-
lant quorum palpebræ non præcedunt greſſus ſuos: eſt
lapis adiutorii his, qui pedem ſupra ponunt: ita vt
vbi inconſideratus cecidit, ibi oculatus altior conſur-
gat. Sic re vera cum pedes animæ habent hęc Sandalia,



non impingunt hærentes creaturis: ſed exaltantur de por
tis mortis ad portas filiæ Syon, in quibus Dei laudes an-
nunciantur id eſt ad ſenſus ſpirituales animæ deum ſpecu
lantis. Eſt enim inferior viſus, & auditꝯ & guſtus, & odora
tus, & tactus, quibus ſponſa audit & videt, & inclinat aurē
ſuam, & guſtat ꝙ ſuauis eſt dominus, & currit in odorem
vnguentorum ſponſi, & manibus etiam contrectat de ver
bo vitæ. Hæc ſunt ſpiritualiter intellecta ſandalia, quæ Iu-
dith habuit pulchriora in anima, ad placēdum oculis Dei,
ꝙ in pedibus corporis, ad rapiendum oculos Holofernis,
de quibus dicitur. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, & Iudith.xvi.
pulchritudo illius captiuam fecit animam eius. Quæ ad li
teram non videntur accipiēda pro illo genere calceorum,
quo apoſtoli vſi ſunt, ſed vt ſupra diximus, pro ornamen-
to hoc ſexto mulierum. Vere enim rapiebat ad ſe (ſi ſic li-
ceat dicere) oculos Dei, quæ videns Holofernem ſedētem Cap.x.
in conopeo, quod erat ex purpura & byſſo, & auro &
ſmaragdo, & lapidibus præcioſis intextum: ex illo vmbra
tili eius apparatu eleuabatur ad contemplandum deum in
Throno ſuæ magnificentię & glorię: & magis in eum in
tendebat Deum adorans, cum ſe ſuper terram proſterne-
bat: ꝙ in Holophernem, cuius necem meditabatur. Hęc
ſandalia comparari poſſunt petrę illi Philoſophali, cum
qua (ſi inueniretur) alia, vt dici ſolet, metalla conuerterētur
in aurum. Nam re vera etiam lutum conuertit in aurum,
vbiq; videns deum oculis mentis: qui nouo modo ex om
nibus viſis & auditis in Deum aſſurgit. Taliter ſponſa erat Canti.vij.
calciata, de qua in Canticis dicitur. Quam pulchri ſunt
greſſus tui in calciamentis filia principis. Vere enim pul
chros greſſus habet, qui plus dominat̃ terrenis omnibus,
ea contemnens, ꝙ viri diuitiarum, qui cum diuitias poſſi Pſalm.lxxv.
dere videantur, verius ab ipſis poſſidentur. Propter quod
viri diuitiarum dicuntur qui ad hoc tantum poſſident, vt

Deufero.xi. ait Seneca, ne alius habeat. Omnis enim locus, quem pes
animæ cum hiſs Sandaliſs calcat, ſuus eſt. Vere pulchros
græſſus habet, quæ terrena deſpiciens, & ſciens ꝙ non ha-
Pſal.cvi. bemus hic manentem Ciuitatem, futuram inquirit: nec
errat in ſolitudine inaquoſa, inſtar eorum, qui viam ciuita
Pſalm.xi. tis habitaculi non inuenerunt. Vere pulchros græſſus ha-
bet, quæ non ambulat in circuitu vt impiſ. Sunt enim hiſ
paſſus dęmonis, qui circuit quærens quem deuoret, quos
imitantur, qui cum tempore quadrageſsimæ exire videan
tur a vitiſs: cito in paſchate redeunt ad vitia, & fit eis paſcha
domini, quod in tranſitu erat celebrandum, reditus ad vi
tia. Vere pulchros græſſus habet, quæ dirigit viam domi-
ni, & rectas facit in huius deſerti ſolitudine ſemitas dei no
ſtri, Hæc omnia calciamenta, de quibus tractauimus, inue-
Cap.xvi. niuntur in Ezechiele, cum dicitur. Calciaui te hya-
cintho. Nam qui terrena contemnens ad cœle
ſtia ſcandit, hyacinthinos vtiq; calceos
habet. O ſi virgo nō obliuiſcerēt
huius ornamenti vt mūdi ob
liuiſcerēt, vt ſic cōcupiſ
ceret rex regū de-
corem eius.

✠



## CAPVT.VII.

SEPTIMVM ORNAMENTVM EST
*mitra, ſeu reticulum, Hiſpane, coſia nominatum, tegens & ſer-
uans ſponſæ caput, quod prudentiam, ſeu diſcretionem denotat,
qua anima ſeruat in ſe ſuum caput ſcilicet rationem, vel potius
Chriſtū verū animæ caput: probando ſi ſpiritus ex deo ſint, &
diſcernēdo a virtutibus vitia. Huic ſeptimo ornamento addendū
eſt octauum. S. Velamen, vulgo velo o toca nuncupatum, quod
ſupra mitram ponitur, & illi aciculis vnitur: dans intelligere
ſimplicitatem columbinam, quæ cum prudentia vnita & ligata,
hominē auertit a cōſideratione & inquiſitione curioſa, & a iudi
cio temerario operū proximi: immo proſpicit illius vtilitatibus
per charitatē: quæ (licet, vt operiēs multitudinē peccatorū ſupra
ſit poſita veſtitus deauratus, & Cyclas) vt eſt perfectiōis vincu
lū, eſt vnio, & acicula aurea, a qua benignitas, humilitas, mode
ſtia, patientia, & cæteræ uniones circa nos & proximos emanāt.*

SEPTIMVMORNA Reticulū uel mitra.
mentū eſt mitra vel reticulū, quod
proprie Hiſpane dicit̃ coſia: ſic enim
de Iudith ſcribitur, quod diſcrimi-
nauit crinem capitis ſui, & impoſuit
mitrā ſupra caput ſuū, quę hic prore
ticulo capit̃. Et huic octauū ornamē Octauum.
tum iung ndū eſt, quod eſt, velamē, quod ſupra mitrā po
ni ſolet. Et quidē cōgruit vt per hāc mitrā intelligam⁹ pru Velamen.
dentiā, & per velamē ſimplicitatē. Hęc enim duo ornamē
ta cōiūgi debēt, Chriſto dicēte. Eſtote prudētes ſicut ſerpē- Matth.x.
tes, & ſimplices ſicut colūbæ. Et bene prudētia hęc eſt or-
namentū capitis, nā & ſerpentū prudentia, quā Chriſtus
habere iuſsit, hæc eſt, quod corpus exponunt omni vul-
neri, vt caput ſeruent illęſum. Sic qui vt ſeruet in ſe ca-
put animæ, quod eſt ratio, vel verius caput, quod eſt

*Eccleſiaſti.i.* Chriſtus,non timet quæcunq; ſubire pericula,optima mi
tra ornat & protegit caput ſuum,Oculi enim ſapientis in
capite ipſius eſſe dicuntur,quia ſemper ratione attendunt:
& Chriſtum qui eſt vera lex & ratio eterna,cui noſtra ratio
ſubijci debet.Hæc mitra eſt illa ſapientia vera, de qua dici
*Eccleſi.xi.* tur:ſapientia humiliati exaltauit caput illius, & in medio
magnatorum cōſedere illum faciet.Et bene exaltat caput,
quia non eſt hæc ſapientia terrena animalis & Diabolica:ſe
cundum quam filij huius ſæculi ſapientiores dicuntur a
*Lucæ.xVi.* Chriſto filijs lucis in generationibus ſuis,ſed eſt cœleſtis &
de ſurſum deſcendens.Et eſt diſcretio illa, quæ a beato An
*Sic refert Caſſi. collatione. ij.Abba.Moyſi de diſcretione.Cap.ij.* tonio Abbate principatum ſuper cæteras virtutes obtine-
re iudicata eſt.Nec enim habetur niſi ab hijs,qui inſtar Iu-
dith nouerunt diſcriminare crinem capitis ſui, & compo-
nere etiam minimas cogitationes animæ,ſcientes, ꝙ man
dauit deus mandata ſua cuſtodiri nimis:& ꝙ qui timet deū
*Pſalm. cxViij.* nihil negligit,ſed in mandantis eius volet nimis.Non enī
*Pſalm.cxi.* potuit mentire,qui dixit,capilli capitis veſtri omnes nu-
merati ſunt. Ideo quæ eſt virgo ſapiens & vna de numero
*Matth.x.* prudentum,non nutrit capillos leproſorum, qui radi iu-
*Leui.xiij.* bētur:ſed capillos Nazareorum, ſuper quorum caput nō
*Numeri.Vi.* aſcendit nouacula,nec alij ꝙ̄ dn̄o cōſecrant̄, & inſtar San
*Iudi.Vi.* ſonis in capillis ſuis habet fortitudinē ſuam.Sunt enim vt
ſuper diximus comæ capitis eius ſicut purpura regis tin-
cta canalibus,& ideo prætioſiores ſunt capillis Abſalonis,
quos ille ducentis ſiclis ponderabat: cum tamen vel vnus
capillus talis animæ non poſsit vllo terreno pretio remu-
nerari.Itaq; ſpōſa,quæ tales capillos nutrit & diſcriminat,
Viā capitis ſui Chriſto ſponſo aperiēs:nouit quale ſit orna
mētū mitrę ſuę ſollicitudini ſuperaditę,& qualis ſit illa cœ
leſtis diſcretio, quę magis a Chriſto infundit̄ ꝙ̄ humana
*Cap.i.* ratiocinatione acquirit̄:de qua in ꝓuerbijs dicit̄.Audi fili
mi diſciplinā patris tui. Et ne dimittas legem matris tuæ,



vt reddat gratia capiti tuo:quaſi diceret.Diſce diſcriminare
crinem capitis tui vt addatur tibi ornamētum mitræ. Hęc *Intellige de principalitate prioritatis & præſuppoſitionis, non perfectiōis,ut bene dicāt Gabriel in.iij.di. xxxiij. dubio. i.concordans. ſanctum Thomam & Scotum.*
gratia addita,quæ eſt gratia prudentiæ vel diſcretionis in-
fuſæ,quæ vt dicebat Antonius principatum inter virtutes
obtinet,ſignificatur in Ioſeph,qui ſero inter fratres naſci
tur,ſed omnibus eis principatur,quo nato nō vltra apud
laban Iacob manſit,qui prę cęteris eſt a patre dilectus,qui
in omni tribulatione eſt ſecundum nomen ſuū accreſcēs,
ad quem ſomniorum & difficilium interprętatio attinet,
qui nouit ſua prouidentia non tantum Aegyptios, ſed ſe
men Abraham ſerui Dei, & filios Iacob electi eius tem-
pore famis ſeruare.Hic eſt cui totius regni cura mandatur:
ita vt abſq; ſuo imperio nemo moueat manum,aut pedem
in tota terra Aegypti.Quæ omnia adeo virtuti diſcretio-
nis cœleſtis conueniūt,vt ſuperfluum videatur ea velle hic
explanare.Non enim vilis eſt hęc mitra æſtimanda,ſed eſt
acu picta,aureoq; fulgore ſapientiæ cœleſtis rutilans: qua
nouit anima probare ſpiritus ſi ex deo ſunt, & diſcernere
vitia a virtutibus quantuncunq; virtutum colore pallien-
tur.Cognoſcit quoq; Angelum Sathanæ cum in angelū
lucis transfiguratur:nec ipſum Chriſtum in monte transf-
figuratum recipit,niſi cum comitentur Moyſes & Hælias:
Quia vt,pulchre exponit Richardus,ſuſpectas habet om
nes illas reuelationes,quæ non conſonant teſtimonijs ſcri
pturarum.Et vt vno verbo multa dicam, hac mitra quaſi
perfecta ſcientia nouit anima Chriſtum habere in conſciē
tia:& ſerpentina prudentia ſeruare caput. Huic ornamēto
vt diximus velamen columbinę ſimplicitatis ſuper addē-
dum eſt,quę eſt virtus pura & ſubtilis,pulchra & candida,
inſtar velaminis,per quam anima eſt velut columba lacteo
la,& valde a ſpiritu ſancto dilecta.Non de hoc velamine lo *i.Ad Cor.xi.*
quebatur apoſtolus,cum mulieres velato capite orare præ
cipiebat,non autem virum. Noſtrum enim velamen tam

viri quam mulieris caput ſpirituale decorat, cum quo etiam oculi animę adeo reuelantur, vt poſsint conſiderare mirabilia de lege eius. Scriptum eſt enim, ꝙ cum ſimplicibus eſt ſermo cinatio Dei. Diligit enim deus valde ſimplicitatē ſicut in primo lib. Paralip. Dauid dixit. Scio deus meus, ꝙ probes corda & ſimplicitatē diligas. Et valde hęc virtus tam in veteri ꝙ̄ in nouo teſtamento laudatur. Hæc eſt quæ primo prædicatur in Iob, quod erat ſcilicet vir ille ſimplex, De hac etiam Chriſtus laudauit Nathanaelem, dicens, Ecce verus Iſraelita: in quo dolus nō eſt, quaſi diceret. Ecce hominē, cuius oculus eſt ſimplex, & totū corpus lucidum. Hęc virtus ſpeciale quodam donum Dei eſt. Vnde ipſius Nathanaelis nomen donum Dei interpretatur. In cuius ſignum ipſe ſpiritus ſanctus, qui eſt donum Dei, in ſpecie olim colūbæ venit ſuper dn̄m Baptizatū, ob miras huius auis cōditiōes, quæ ſimplicibus animis cōueniunt. Nam, vt Cyprianus ait, eſt ſimplex animal & lętum, non felle amarum, non morſibus ſæuum, non vnguium laceratione violentū, hoſpitia humana diligere aſſueuit, vnius domus conſortium noſſe: cum generant ſimul filios edere, cum commeant, volatibus inuicem coherere, communi conuerſatione vitam ſuam degere, oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, legem circa omnia vnanimitatis implere. Quid facit in pectore Chriſtiano luporum feritas, & canum rabies, & venenum lethale Serpentum, & cruenta ſæuitia Beſtiarum? Hæc ille. Hęc virtus eſt ille vnus oculus, in quo vulneratur amore ſponſus. Nō eſt enim vt oculus nequā, qui etiam bonitate aliorū cęcat: qui etiā opera praue interpretatur. Sed hic oculus columbinus cum ſit circūſpectus, vt ab accipitre ſibi caueat, ſedens iuxta riuos aquarum ſcripturę, vt quaſi per vmbrā a demone caueat; facta omnia aliorum in quantum poteſt & bene interpretatur, & proprijs operibus præponit, & hinc eſt quod

*Pſal. cxviij.* *Prouer. iij.* *Cap. xxix.* *Iob. i.* *Ioan. i.* *In tracta. de ſimplicitate prælatorum.* *Canti. iiij.*



in prouerbijs dicitur. Simplicitas iuſtorum dirigit eos. Euitat enim hęc ſimplicitas mille anfractus, & mille pericula, quę in via hui9 vitæ incurrit vir dupplex animo, qui occupatur in vijs alienis, & inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis, Qui enim oculum ſimplicem habet tanta vi intentionis tendit in Deum, vt etiam ipſe oculus carnis ſuo modo in Deum videatur tendere: & eum ſolum quærere. Vnde Ambroſius exponens id Dauid: defecerunt oculi mei in eloquiū tuum dicentes quando conſolaberis me, pulchre ait. Si oculi quibus cernimus ſignificati ſunt, dicere debuerunt quando conſolaberis nos pluraliter: ſed quia oculus mentis & oculus carnis vnus oculus fiunt, & tunc homo conſolatione fulcitur cum caro & mens diuerſa non cupiunt, ſed vnum deſiderant, vnum requirunt: ideo intenti ad eum qui ait, ego & pater vnum ſumus, iſti quoq; vnū eſſe ſe confitentur: quia vno & eodem deſiderio officioq; funguntur. Hęc ille. Ex quibus declaratum eſt, quæ ſit illa vnitas oculorum, vel vnus ille oculus, in quo ſponſus vulneratur, & quam præcioſa ſit illa ſimplicitas, quę dupplicē & adeo differentem animę & carnis ſubſtantiam reducit ad concordiam vnitatis: ita vt caro ipſa iam videatur ſpiritualis effecta. Digna vtiq; virtus quę tanquam velamen ſupra mitram capitis ponatur. Et quia hæc ſimplicitas ſic hominē auertit a cōſideratiōe & inquiſitiōe curioſa, & iudicio temerario operū proximi, vt tamē nūq̄ deſinat proſpicere aliorū vtilitatibus: ideo ornamētis mitræ & velamini iungēdæ ſunt aciculæ, quibus fœminæ vtunt̄, ad vniendū velamē reticulo, & ad vniendū decore cętera ornamēta. Bis enim ligant̄ et cohęrēt. Et hęc aciculę ſignāt illā cōmunionē de qua Paulus ait: beneficentię autē & cōmunionis nolite obliuiſci. Nam licet valde grata ſit ſponſę illa vox ſpōſi Petro dicētis: qd ad te? tu me ſequęre, et hāc quaſi ſemper audit auribus animæ, cū tentat̄ ad curioſe inquirendū

*Cap. xi.* *Iacob. i.* *Sermo. xi. ſuper Pſalmū. cxviij.* *Aciculæ.* *Ad hebr. xiij.* *Ioan. vltimo.*

vel ſciendum de aliſs, hic autem quid? non tamen placet ei
Geneſ.iiij. vox Cain dicentis nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? ſed
cum Paulo pręclaras aciculas habente clamat: Quis infir-
ij. Ad Cor. xi. matur, & ego non infirmor? quis Scandalizatur, & ego nō
vror. Ad has aciculas nos Paulus hortabatur, cū Colloſ-
Gap. iij. ſenſibus diceret. Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dile
cti, viſcera miſericordiæ, benignitatē, humilitatem, mode
ſtiam, patientiā, ſupportantes inuicē, & donātes vobis met
ipſis. Si quis aduerſus aliquem habet quærelā: ſicut & do-
minus donauit vobis, ita & vos. Et addit quod ad propoſi
tum attinet. Super omnia autem hæc Charitatem habētes,
quod eſt vinculum perfectionis. Ecce aciculam, qua tota
perfectio ornatus vinculatur. Nec mireris ſi Charitas quę
dicta eſt primo Cyclas auro texta, hic exponatur eſſe acicu
la. Habet enim diuerſa munera: & quatenus operit multitu
dinem peccatorū, eſt deauratus veſtitus: ſed quatenus vin-
culū eſt perfectiōis, re vera acicula eſt, & acicula aurea. Nā
ſicut legimus clauos aureos quibus affixæ ſunt laminę au
ij. Reg. Vi. reæ in templo, vbi dicit gloſa, ꝙ hiſ ſunt claui dilecti (quia
ſunt aliſ claui timoris, de quibus incipientes dicunt, con-
fige clauis, id eſt a timore tuo carnes meas) ſic re vera ſunt
aciculæ aureæ dilectiōis, quas tribuit cōmunicatio ſancti
ſpiritus, ad quas etiā Paulus hortat̃, cū dicit: ipſe hiſ acicu
Ad ephe. iiij. lis vinctus in domino: vt ſupportātes inuicē in Charitate
ſimus ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.
Quod ſi virgo non obliuiſceretur mitræ & velaminis &
acicularū, non corrumperentur ſenſus eius a ſimplicitate
ij. Ad Cor. xi. quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſicut Eua ſeducta eſt a ſerpente. Nā
hanc ſeductionē prohiberet mitra; ſimplicitatē vero ſerua
ret velamen, quæ cum hiſ aciculis eſt vere ſimplicitas in
Chriſto Ieſu. Ideo tamē timet Paulus ęmulans Chriſti ſpō
ſam Dei ęmulatiōe, ne ſponſa ſeducatur vt Eua: quia timet,
imo dolet attēdēs quā cito obliuiſcimur ornamēti noſtri.



## CAPVT IX.

NONVM ORNAMENTVM EST PAL
*lium ſuperius, quo alia ornamēta ſeruantur & tegantur, ne tem
pore tempeſtatis lædantur: & quod etiam ornat tempore ſereni-
tatis. Et per illud paciētia, vel ſufferentia deſignatur: ſine qua tem
pore tolerantiæ mortis, & perſecutionis pro Chriſto omnia alia
læduntur, & deſtruuntur ornamenta. Quod ſi re non ſe offert,
animi tamen præparatione habeatur, & memoria, & conſidera
tio paſſionis Chriſti, & Martyrum occurrat. Vbi de tolĕratia,
& pacientia Iob, per decem, circa quæ paſſus eſt, tradendo occa-
ſionem, & doctrinam ad meditandum in eis, d ffuſe diſcrit.*

NONVM ORNA- Pallium.
mentum, & quidem valde neceſſa-
rium, eſt pallium ſuperius quo om
nia alia ornamenta ſeruantur ne læ-
dantur tēpore tempeſtatis: & quod
etiā ornat tempore ſerenitatis. Nā
ſicut in tabernaculo erant variæ cor Exod. xxVi.
tinæ & operimenta ne tabernaculo ipſi leſio fieret iniuria
temporis: ſic opus eſt ſponſæ pallio hoc. Ideo dicit gloſa
ſuper id: facies & ſaga cilicina vndecim ad operiendum te
ctum tabernaculi, ſcilicet ne interiora tenera clara quali-
bet aduerſitate turbentur. Alioquin nec byſſus fulget, nec
coccus corruſcat, nec hyacinthus ceruleo colore decorat̃.
Et quidem hoc pallium noſtrum eſt pacientia vel ſufferen
tia, quod poteſt dici pallium coccineum, multo pulchrius
& præcioſius, ꝙ̃ illud quod Achan furatus eſt: quia ſan- Ioſuæ. Vij.
guine martyrum aſpergi & rubricari debet, & tinctura paſ
ſionum omnium eorum, qui varias tribulationes pertule-
runt. Coccineum redditur, dum eas in memoria ad exem-
plum verſamus, Sic enim fit rubrum indumentum & qua

ſi calcantium in torculari, & aptiſsimum tā vt nos ab omni iniuria temporis deffendat: quam etiam vt nos ornet. Et quia longiſsimo tractatu opus eſſet, ſi huius ornamenti neceſsitatem & vtilitatem & præcioſitatem diceremus, diuerſorum ſanctorum geſta & dicta ad tincturam noſtri pallij afferentes, eſſetque lectori neceſſaria magna paciencia ad legendum hoc ornamentum pacientiæ: placuit mihi tantum pacientiam Iob ſub epylogo in medium afferre. Quia illa a Iacobo proponitur in exemplū pallij noſtri, cum dicit. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem domini vidiſtis. Nec tamen eam oratorum more amplificabo, ſed tantum quibuſdam breuibus & non inutilibus cōſiderationibus eam perſtringam: dilatationem meditationi lectoris relinquens. Primo enim paſſus eſt in ſua ſubſtātia, tam terra ꝗ̄ cœlo ei aduerſantibus. Terra quidem, nam Sabei tulerunt oues & boues, & pueros percuſſerunt: Chaldei quoqꝫ inuaſerunt camelos, & pueros eius percuſſerunt. Cœlo autem, nam ignis Dei cecidit de cœlo, qui tactas oues pueroſqꝫ conſumpſit.

Cap. i.

¶ Secundo in liberis, quos Domus corruēs, dū in cōuiuio eſſent, oppreſsit. Et in his pōderet lector circūſtātias, quas Gregorius & Chryſoſtomus & Origenes ponderant,

Cap. ij.

¶ Tertio in carne, cum a planta pedis vſqꝫ ad verticem percuſſus eſt vlcere peſsimo, in qua percuſsione ponderandū eſt, quod ipſe dicit ca. xxx. Nocte os meū perforatur doloribus (quia pertingebant ad oſſa, vt exponit Lyra) & qui me comedūt nō dormiūt. Cōtinue enim eum rodebāt vermes, qui tot erāt, vt ipſe diceret. In multitudine eorū cōſumitur veſtimentū meū (& non tantū caro) & quaſi capitio tunicę ſuccinxerūt me: quia per ſuperiorē partē veſtis per quā caput intrat (ob quod capitiū dicitur) exibant vermes & eis erat capitiū opertum ad modū cincturę, & ſupra hoc eſt quod infra eodem cap. xxx. dicit, Cutis mea denigrata



eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate, vbi Lira exponens ait: ꝙ calor vlcerum iñ tantum erat exceſſiuus, ꝙ in parte deſsicauit medullas oſsium eius, quod multū exagerandum videtur.

Cap. ij.

¶ Quarto paſſus eſt ab vxore eum inducente ad blaſfemiam, cum dixit: benedic Deo & morere. & eum exhorrente. Vnde capitulo decimonono. ipſe dicit. Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei, per quos Lira intelligit nepotes a quibus ſpernebatur.

¶ Quinto paſſus eſt ab amicis, quaſi ab oneroſis cōſolatoribus valde aſpera. Nā Elyphas vocat eū cap. iiij. leonē & tigridē, & cap. xv. vocat eum arrogantē, & Hypocritā: & ca. xxij. dicit eum oppreſſorē pauperū, & immiſericordē, & tyranum. Cū ait, Abſtuliſti pignus fratrū tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquam laſſo nō dediſti &c. Et ibi dicit malitiā Iob eſſe plurimā, & infinitas iniquitates. Baldach. cap. viij. vocat eum Hypocritā, vaniloquū, & immiſericordē, & impium. Et cap. xviij. dicit eum furorē habere, & impium eſſe. Sophar vocat eum cap. vndecimo. Verboſum, vanum, & iniquū, & cap. xx. comparat eū impio, & Hypocritę. Helyu Iunior & arrogantior dicit ei, capit. xxxiiij. quis eſt vir vt Iob, qui bibit ſubſanationē quaſi aquam? vbi optime ponderat Gregorius, ꝙ quem dominus dixit diabolo abſqꝫ comparatione iuſtum, eum Helyu aſſerit abſqꝫ comparatione peccatorem: & ꝙ ſine moderamine Deum irridet, & ꝙ ſtulte locutus eſt. Attende etiam quanta crudelitate orat Helyu vt in hac vita vſqꝫ ad mortē Iob flagellet: & in alia dānet: ait enim. Pater mi (nō ait noſter, ſed quaſi arrogās, vt notat Burgēſis, pater inqt mi) probet Iob vſqꝫ ad finē. i. ꝓbet veritas ipſius per flagella tua: quia nō recipit rationē, & cōtra tales magis vtendū eſt flagellis ꝗ̄ verbis. Probet, inqt, vſqꝫ ad finē. i. vſqꝫ ad mortē.

Ideo ait: ne deſinas ab homine iniquitatis, ſic ſcilicet obſtinato, qui addidit ſuper peccata ſua, quæ fecit ante flagella, blaſſemiam. Inter nos interim cōſtringatur, pœnis a te inflictis in præſenti vita: Et tunc, id eſt poſt vitam præſentem, prouocet ad Iuditium ęterne damnationis ſermonibus ſuis deum, ſic Lira exponit.

¶ Sexto paſſus eſt non tantum a ſeruis, de quibus dicit capit. xix. ſeruum meum vocaui & non reſpondit mihi (vbi conqueritur ſe eſſe a ſtultis deſpectū) ſed etiam ab hijs quorum patres non eſt dignatus ponere ad cuſtodiam canum gregis ſui, qui vita ipſa putabantur indigni, tanꝙ peſtiferi, & maligni. Sunt enim hæc circunſtantiæ ponderandæ, quia valde aggrauat Chriſti paſſionem, ꝙ a latronibus audiuit improperia, qui licet eſſent prope mortē, quaſi obſequium in hoc præſtarent deo, improperabant Chriſto: & ſic in ꝓpoſito aggrauat, quod a talibus Iob blaſſematur. De hijs enim ait cap. xxx. Faciē meā cōſpuere nō verētur: quod exponens Lira dicit, ꝙ induxerat eos Diabolus ad hoc, vt ob percuſsiones ipſius Iob, reputarēt eū quaſi hominē a deo maledictū, & ob hoc ab hominibus contēnendū. Vnde ipſe dicit cap. xvij. Poſuit me quaſi in prouerbiū vulgi, & exemplū ſum corā eis: & deniꝗ licet ipſe Iob ſoleret valde cōpati afflictis, Iuxta id, flebā quondam ſuper eo, qui afflictus erat &c. caruit tamē omni remedio ex parte hominū. Ideo dicit cap. xxx. Expectabā bona, & venerunt mihi mala. Frater fui draconū, quia qui debebāt me diligere, momorderūt me, & ſocius ſtruthionū, quia familiares mei obliti ſunt mei, ſicut ſtrutio obliuiſcit̄ fœtus ſui.

¶ Septimo paſſus eſt in anima per horribiles imiſsiones demonis, tam in ſomno ꝙ in vigilia. Vnde ipſe dicit cap. vij. Si dixero, conſolabitur me lectulus meus, & releuabor, loquens mecum in ſtratu meo: terrebis me per ſomnia, & per uiſiones horrore concuties. Nam, vt dicit Lira, Satham a



deo permiſſus mouebat phantaſiam ipſius Iob, & immittebat ſomnia terribilia, & afflictiua, ne quieſceret dormiēs: & cum in vigilia volebat ſe releuare meditando ſancta, demon formabat ante eum terribiles ſpecies.

¶ Octauo paſſus eſt in anima quaſi tenebras perplexitatis, quibus factus eſt ignorans, an cederet illa tribulatio ad ſuum bonum, vt Lira notat, ſuper id quod cap. ix. dicit. Non concedit requieſcere ſpiritū meū, & implet me amaritudinibus. Vnde quaſi obnubilata eſt ſibi ſua iuſtitia, vt notat Burgenſis ſup id quod cap. iij. Iob dicit. Viro cuius abſcōdita eſt via eius, & circundedit eum deus tenebris.

¶ Nono paſſus eſt interiorem deſolationē ab ipſo deo in oratione, quādo ita eſt derelictus vt diceret cap. xxx. Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & nō reſpicis me: mutatus es mihi in crudelē &c. Et quidē hoc terribilius: alijs tormētis videtur: nam ipſe ſolet eſſe afflictionis omnis remediū: ſed ipſo abſcondente vultū ſuum, quis eſt qui contempletur eum? vt dicitur. cap. xxxiiij.

¶ Decimo paſſus eſt timorem, ne vltra paſsiones ſupra dictas alias ei deus adderet. Vnde ipſe dicit ca. xxiij. Quod cunꝗ voluit hoc fecit: cunꝗ expleuerit in me voluntatem ſuā, & alia multa ſimilia, preſto ſum ei: & idcirco a facie eius turbatus ſum, & cōſiderans eum timore ſollicitor. Ex his oriebatur in Iob timor, ne rueret in deſperationē, aut blaſfemiam. Ideo dicebat ca. ſexto. Hæc mihi ſit conſolatio. vt affligens me dolore non parcat: ne contradicā ſermonibus ſancti. Quod exponēs Lira ait. Sic orat, quia viri ſancti, qui nō ſunt in bono confirmati, debent timere ne oppreſsi tribulatione ruant in deſperationē aut blaſſemiam. Vnde ſubdit. Quæ eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineam? quaſi dicat, non eſt ſic confirmata quin timere debeam. Ecce audiſtis ſufferentiā Iob illius, cui non erat ſimilis in terra: & hæc paſſus eſt ille, cuius virtutū egregiarum catalo

gus ponitur ca.xxxi. Inter tot aduerſa rogo te,an poſſent
in eo perſeuerare camiſia,vel faſcia,vel veſtitus deauratus,
vel quælibet ornamenta ſine pallio pacientiæ? vtique non
poſſent. Ideo oportet ad hoc eius pacientiam audire, vt ſi
mili veſtiamur pallio. Sed quid eſt obſecro, ꝙ cum Iaco-
bus dixiſſet,ſufferentiam Iob audiſtis,addit & finem do-
mini vidiſtis? Quid eſt,ꝙ cum ſufferentia Iob non finem
ſubiungit,ſed finem domini:niſi quia iam ex quo lex ve-
tus tranſijt, non ſunt expectanda Chriſtiano in hac vita
terrena bona, in præmium etiam minus principale ſuæ
virtutis;ſed tota ſpes noſtra in cœlum debet eſſe extenta,vt
bene dicit gloſa:Iob quippe in hac vita reddita ſunt dupli
cia;ſed nõ debet iam Chriſtianus etiam ſi ſimilia hijs,quæ
Iob paſſus eſt ſufferret,finem Iob expectare hic,ſed Chri-
ſtum attendere oportet,qui licet ab infantia ſua graues ſem
per perſecutiones eſt paſſus,tamẽ in fine inter latrones pe-
pendit altior,ſummis affectus opprobrijs,quo ad vſqꝫ in-
clinato capite emiſit ſpiritum, quod eſt notatu digniſſi-
mum. Maximæ enim vtilitatis eſt attendere,ꝙ cum ſufferẽ-
tia Iob non finem Iob,ſed finẽ domini coniunxit. Sed
nos miſeri & fragiles ad omne bonum,licet ad vitia fortes
ſimus,cito fatigamur animis noſtris deſſicientes, non attẽ
Ad Hæb. xij. dentes finem domini,qui talẽ aduerſus ſemet ipſum a pec-
catoribus ſuſtinuit contradictionem,& cito inſtante tribu
latione a deo recedimus,& conſolatiunculas mundi falſi
& infidelis quærimus: innitentes baculo arundineo con-
Cap.xxV. fracto AEgypti. De quibus bene in prouerbijs dicitur,
dens putridus & pes laſſus: qui ſperat ſuper infideli in die
anguſtiæ,& amittit pallium in die frigoris. Quia enim in
tempore tribulationis pallium patientiæ amittimus, & ad
mundi infidelis amorem retrocedimus, bene pedi laſſo &
denti putrido comparamur: quia nec nos in via dei incedi
mus,nec alios ad Chriſtum conuertimus:ſicut dens putri-



dus non bene atterit cibum, vt in corpus cõuertatur. Qui
enim verbo aut exemplo peccatores conuertit, quaſi dens
Chriſti eſt, quo illius atteritur cibus. At veri ſerui Dei illę
ſi tranſeunt per ignem & aquam,immo tanquam aurum
puriores reddũtur in fornace tribulationis. Ideo compa-
rantur lignis ſethin,ex quibus in exodo iuſsit deus fieri al Cap.xxVij.
tare, Illa enim vt dicit Lira, erant incremabilia, quod re-
quirebatur,quia ignis ſemper erat in altari. Ideo Hierony
mus ait, Altaris ligna,quæ de lignis paradiſi ſunt, non cre-
mantur igne vicino: ſed puriora redduntur. Nec mirũ hoc
credere,cum etiam anchiton ligni genus vel ligno ſimile,
quanto plus arſerit,tanto mundius inueniatur. Hæc Hie-
ronymus: & habetur in gloſa ordinaria. Et hæc ſat ſit de
ornamento pallij dixiſſe obiter, cuius ſi anima non obli-
uiſcatur, vtique nec Chriſti obliuiſcetur.

## CAPVT X.

DECIMVM ORNAMENTVM EST *vmbella, in qua cuſtodia, & protectio Dei datur intelligi: ſine qua neceſſe eſt tolerantiam, & ornamenta alia animæ euaneſcere. Retunditur nanqꝫ & vincitur liberum arbitrium tempore perſecutionis, & virtuoſæ operationis, niſi deus per ſuam aſſiſtentiam det & operetur in nobis bene velle & operari.*

DECIMVM ORNA Vmbella.
mentum, quod poſt hæc ſequitur,
eſt vmbella,in qua ſignatur cuſto-
dia & protectio Dei, de qua in Pſal Cap.xx.
mo dicitur. Dominus cuſtodit te
ab omni malo, cuſtodiat animam
tuã dominus. Talis enim per diem

a ſole non vretur, neque a luna per noctem. Hanc vmbellam habebat Dauid cum diceret. Domine domine virtus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Et ſponſa cum dicebat ſub umbra illius, quem deſideraueram, ſedi. Et quidem ſine hac vmbella non poteſt non perire ipſa patientia. Nam vt pulcherrime dicit Cyrillus ſuper Ioannem, ſicut ferrum quamuis perſe durum ſit, lapidibus tamen facile retunditur, niſi liquore quodam firmetur: ſic animus hominis & ſi virtutis amore cuncta pericula ſpreturum ſe iactet: aſperitate tamen certaminum vincitur, niſi ſancti ſpiritus gratia ſit corroboratus. Itaque ferrum ipſum ſine hac vmbella retunditur. Et tamen, vt pulchre dicit Ambroſius, etiam arundo fragilis in manu Chriſti poſita firmatur. Quod myſterium dicit ſignificari in arundine in dextera eius poſita paſsionis tempore. Multi enim ſunt quaſi arundo vento agitata, quos tamen dum Chriſti dextera accipit, facit quaſi ſceptrum regium.

Pſal.cxxxix.

Canti.ij.

Lib.xij.cap.i.

Libr.x. ſuper Luc.c.xcviij.

O quam optandum eſt fragili animæ, eſſe in illa forti dextera, de qua ſcriptum eſt. Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, et brachium eorum non ſaluauit eos: ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultis tui, quoniam complacuiſti in eis: id eſt, deductio illa quaſi ad manum ad ſingulas res, vt exponit Cyrillus ſuper Ioannem. Itaque oportet petere gratiam pro gratia. Vt enim quęlibet gratia in anima conſeruetur, opus eſt quodam gratuito Dei auxilio, quod in vmbella caput protegente ſignatur. Huius vmbellæ pulchra figura fuit illa columna ignis & nubis, quæ erat ſuper caſtra Iſraelitarum in deſerto: qua mota mouebantur, & qua quieſcente quieſcebant. Hac vmbella Chriſtus obumbrat animis, immo & hac in gradu eminentiſsimo

Pſalm.xliij.

Lib.i.ca.viij.

Exod.xiij.



ſpiritus ſanctus obumbrauit virgini, vt ignem Deitatis poſſet intra ſe ſuſcipere, & illæſa, quaſi rubus ardens & incombuſtus, maneret. O ſi virgo non obliuiſceretur ornamenti huius, certe hęc ſola memoria ſufficeret animam in omni humilitate cuſtodire. Quomodo enim non humiliabor, ſi attendo, quod gratia Dei ſum, id quod ſum? ſi attendo quod ex meis viribus non poſſum finem meum attingere? Quantumcunq; ſuperbiſsimi Pelagiani reclament: quorum hæreſis videtur a Nenroth illo tyranno & hominum oppreſſore initium ſumpſiſſe, de quo habetur in gloſa ordinaria, ſuper primum capitulum primi libri Paralipomenõ: quod cum eſſet audatior & manu fortiſſimus, ſuadebat hominibus, vt non Deo ſuam fœlicitatem, ſed propriæ virtuti aſcriberent: & ſic homines a dei timore reuocabat, vt ſpem in propria virtute ponerent. Luce.i.
Cum tamen ideo Ioannes parentes ſteriles habuiſſe legatur, vt certo ſciamus, quod liberum arbitrium ex ſe ſterile eſt ad gratiam obtinendam, niſi Dei libertate donetur. Quomodo non humiliabor, dum attendo, quod etiam ſi mihi tribuatur gratia: non tamẽ valeo illam inter tot mundi pericula perſeueranter cuſtodire, niſi mihi tribuatur hęc Ad Philip.ij.
vmbella aſſiſtentis auxilii diuini? Ideo Paulus ait. Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus enim eſt qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Vbi dicit gloſa ordinaria. Nos ergo volumus, ſed deus operatur in nobis & velle & operari. Hoc enim nobis credere & dicere expedit, quia pium eſt, & verum eſt, vt ſic ſit humilis confeſſio, & totum Deo detur. Per propriũ enim arbitrium niſi gratia Dei ipſum adiuuetur, nec ipſa bona voluntas eſſe in homine poteſt. Hęc ibi.

¶Poſt hæc breuiter loquendum eſt de mundo muliebri. Nam ſi rex Aſſuerus iubebat dari virginibus ipſi quæſitis quæcunq; petierant ad mundum muliebrem, vt ei poſ-

ſent placere: multo magis dabit Chriſtus ſponſis ſuis varia
emblemata & ſpecioſa monilium ſerta, quorum aliqua no
minatim expreſſit Agnes beatiſſima, alia communiter,
cum dixit: immenſis monilibus ornauit me.

## CAPVT XI.

VNDECIMVM ORNAMENTVM EST DVAE
*inaures uel murenulæ aureæ argento uermiculatæ: per quas fide
lis obedientia, qua anima audit & inclinat aurem ſuam ſponſo ad
uoluntatem eius, oſtenditur. Et ſunt duæ: quia in duobus manda
tis lex & Prophetæ pendent. Sunt circulares, quia circulus per-
fecta figura, dat intelligere perfectam obedientiam. Vbi de obedien
tia Abraham, Iſaac, & Chriſti diſcutit.*

Inaures. VNDECIMVM ER
go ornamentum, quod pro auribus
datur, ſunt inaures aureæ vel mure-
nulæ aureæ vermiculatæ argento:
quas beatus Bernardus interpreta-
tur eſſe aurium ornamēta: & in pro-
Ser. xli. ſuper cantica. poſito noſtro in eis ſignificatur fi-
delis obedientia, qua anima audit & inclinat aurem ſuam
Gene. xxiiij. ſponſo ad voluntatem eius, tales inaures aureæ datę ſunt
Rebeccę, appendentes ſiclos duos, quia in duobus man-
datis vniuerſæ legis obedientia conſiſtit. Erat enim vere
obediens, quæ ſtatim vt audiuit ſeruum Abrahæ, peten-
tem pauxillum aquæ: bibe inquit Domine mi, quin & ca-
melis tuis hauriam aquam. Has non dum habebat Sama
ritana, cum Chriſto fatigato ex itinere, & potum petenti



dixit. Quomodo tu Iudęus cum ſis, bibere a me petis, Ioha. iiij.
quę ſum mulier Samaritana? Et valde attendendum eſt,
quod ideo murenulę aureę dicuntur argento vermiculatę,
vel cum diſtinctionibus argenti: quia verus obediens vnū
ſolum nouit diſtinguere & conſyderare, in omni obedien
tia ſua: ne ſcilicet ſit contra legem Dei, quæ in argento igne
examinato ſignificatur: ſciens vtiq; quia obedire oportet Actuum. V.
Deo, magis quam hominibus. Sunt enim abominabiles
Deo mulieres, quę dederunt inaures ſuas ad faciendum Exo. xxxij.
vitulum in deſerto. Hæc murenulæ aureæ, cum diſtinctio
nibus argenti, mire mihi reſplendent in illo cæco nato,
ſed non ſurdo, ſed factori operum Dei. Si enim attendas Iohan. ix.
ſuæ hiſtorię proceſſum, cum Chriſtus loquitur, adeo eum
reperies obedientem, mitem, & tractabilem, vt pręclariſſi-
mum exemplar obedientiæ omnibus ſit. Ecce enim non
reſiſtit, dum luto inungitur, quod oculos ſanos cæcare
ſolet: non interrogat cur eum verbo non illinant aut tactu?
neq; diſputat quę ſit conuentio luti ad lumen: neq; con-
tradicit longo itinere miſſus ad ſyloe: nec curat de vulgi
irriſionibus, quas fortaſſe non paucas pertulit, dum bis
cæcus illuc iret (ibat enim & natura & arte per lutum cæ- Reg. iiij.
cus) neq; dicit inſtar Naamam Syri, quod ſunt alię aquæ
meliores: ſed abiit & lauit, & vidit. Ecce murenulas aureas
appendentes ſiclos duos. Sed vide iam argenti diſtinctio-
nes. Inſtant Phariſei, vt det gloriam Deo, & dicat quod
Chriſtus peccator eſt: fit longus in cauſa proceſſus, iterum
atq; iterū interrogatur, exprobatur, & a Synagoga etiam
eiicitur: ſed videbis eum fixum, pondere ſpiritus quaſi
montem immobilem, & non tantum non obedire ſeniori
bus plebis: ſed etiam arguere & irridere eos, & percunctari
an vellent Chriſti Diſcipuli fieri. Ita vt ſit inſigne ſpecu-
lum conſtantiæ Martyrum, & qui cera liquefacta mollior
erat, dum Chriſtus loquitur: adamāte durior monſtratur,

dum Phariſei contra Chriſtum loquuntur. Quis cum
hanc diſtinctionem docuit, niſi lex Dei, perquam didi-
cit habere in murenulis diſtinctiones argenti? Nec enim
debet Chriſti ſponſa inſtar Euæ aures accomodare ſer-
Pſal.xvij. penti, ſed Deo. Sicut de eccleſia gentium dicitur. In auditu
auris obediuit mihi. Et benedicitur in auditu auris: nam
verus obediens debet eſſe inſtar cordæ, quæ tremit, cum
ſonat alia, quę in eodem cantu temperata eſt. Sic enim di-
i. Moral. ca. v. cit beatus Gregorius: quod hi qui cordarum armoniam
temperant, tanta hoc arte diſpenſant: vt plerunque cum
vna tangitur, longe alia ac multis interiacentibus poſita
corda quatiatur. Cumque iſta ſonitum reddit, iſta, quæ in
eo cantu temperata eſt, aliis impercuſſis tremit. Sic ad
ſonitum præcepti Dei tremit anima, quę eius volun-
tati concors eſt, & velut ſimilis in voluntate, quam ipſam
Eſa. lxvi. habere vult Deus, ei obedit. Et ſuper talem requieſcit ſpi-
ritus Domini, ſicut Eſaias dicit. Super quem requieſcet
ſpiritus meus, niſi ſuper contritum & pauperculum & tre-
mentem ſermones meos? & ideo illę murenulę aureæ in
alia tranſlatione, quam etiam Bernardus allegat, vocantur
ſimilitudines aureæ: quia anima obediens Deo, ei fit ſimi-
lis, & velut eius ſono concors. Et nota quod in ornatum
talium aurium dantur etiã ineſtimabilis precii Margaritę,
ſicut beata Agnes dixit. Tradidit auribus meis ineſtima-
biles Margaritas, quę ſunt exempla obedientiũ vſque ad
mortem. Magni quippe præcii Margarita fuit obedientia
Gene. xxij. Abrahæ, quam Deus volens remunerare, dixit. Per me-
metipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti fi-
lio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen
tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quę eſt in litore
maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuo-
rum. Et quia pauca videbantur Deo hæc promiſſa ad
remunerandum obedientiam Abrahæ, addidit precium



ineſtimabile, & eiuſdem cum Deo valoris, dicens. Et bene
dicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę, quia obediſti
voci meæ. Non in ſeminibus ait Paulus, ſed in ſemine tuo Ad Gala. iij.
quod eſt Chriſtus. Vide quam ſit ineſtimabilis Margarita
illa, quę tanta promiſſione a deo remuneratur. Sed non mi-
nus precioſa Margarita videtur mihi, ipſius Iſaac obe-
dientia, ſed omni ponderatione & laude digniſſima fides
eius. Nam cum tunc, teſte Ioſepho, iuuenis eſſet viginti Pri. lib. antiq. cap. xxij.
quinque annorum, & fortis viribus, qui poſſet a patre fu-
gere, & ipſi violenter reſiſtere, & in ſuum auxilium pueros,
quos pater reliquerat vocare, & culpare patrem ſuum, quaſi
ſenẽ delirantem, qui vnicum, & tam optatum ex Sarra fi-
lium iugulare volebat (nec enim illa reuelatio de occiden-
do Iaac facta eſt ipſi Iſaac a Deo, ſed Abrahæ facta eſt per
Angelum: nec ignorabat eſſe pręceptum Dei de non occi-
dendo, ex quo quiuis alius ſtatim inferret, fuiſſe dęmoniũ
meridianum, & non angelum lucis, qui in perſona Dei ſuſ-
ferat Abrahæ, vt filium offerret) & tamen tantum potuit
fides & experientia, quam de ſui patris ſanctitate habuit: vt
nullo pacto veniret in eius mentem patrem errare: ſed credi-
dit firmiter, eum velle facere quod deo reuelante didicerat.
Ideo ligna portans ligari ſe permiſit, & ſuper altare poni,
immolari paratus. Nec enim mihi placet ſententia, quo-
rũdam dicentium quod inuitus ligatus eſt, nec veritati hi- Burgen. in addi-tio.
ſtorię hoc congruere videtur, nec figuræ Chriſti, qui ob-
latus eſt, quia ipſe voluit. Et quidem fateor ponderanda
eſt ipſius Iſaac ſublimis obedientia. Sed omnibus ineſti-
mabilib9 Margaritis ineſtimabilior multo Margarita eſt
obedientia ipſius Chriſti, in Iſaac ſignificati, qui humi-
liauit ſemet ipſum factus obediens vſque ad mortem, mor-
tem autem crucis: quæ ſi noſtris dependeat auribus, nihil
eis deerit ad ornatum excelſum. Eſt enim adeo hæc Mar-
garita inæſtimabilis, vt ob hoc tantum credam nullam in

Canti.v. Canticis canticorum aurium ſponſi poni ſimilitudinem, vt ob hoc ipſum oſtendatur obedientiæ Chriſti inæſtimabilitas. Audies enim ibi comparari caput ſponſi auro optimo, & quod comæ eius ſunt ſicut elatę palmarum, ſic cæterorum membrorum expreſſe ſimilitudines ponuntur: de auribus vero eius nihil legitur. Et quidem licet omnis virtus Chriſti ſit ineſtimabilis: hoc tamen ſilentio non incõgrue oſtenditur ineſtimabilitas obedientiæ eius, cuius remunerationem cum vellet explicare Eſaias, Cap.liij. dixit. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longeuum: & cętera quę proſequitur, & quaſi in ſua narratione deficiens, præ rei magnitudine ſubdit. Generationem eius quis enarrabit? Quod indubie ad literam de ſpirituali generatione filiorum, qui merito ſuę paſſionis ei donati ſunt, exponendum eſt: licet ſit etiam ſatis congruens literę expoſitio beati Hieronymi de æterna Chriſti generatione, quaſi ſit interpoſita hęc admiratio, vt oſtẽdatur dignitas patientis Chriſti, ob quam merito eius paſſio fuit omni remuneratione digniſſima; vt pote valoris infiniti. Hęc dicta ſunt, vt ex parte exponeretur id verbum Agnetis: tradidit auribus meis ineſtimabiles Margaritas. Et quidem aures ſponſę ſic ornatæ ineſtimabilis precii fiunt: ob quod innuendum, vt pie exiſtimo, etiam aurium ſponſę nulla ponitur ſimilitudo, vbi in canticis omnia membra ſponſę diuerſis rebus comparantur. Vtiq; Cantico.iiij. & vij. quia murenulæ aureę argento vermiculatæ eis datę ad ornatum, eas incomparabiles cuiuis rei & inæſtimabiles fecerant. Sic enim oſtenditur obedientiæ perfectę meritum, Gene.xv. cuius merces ſolus Deus eſt, qui obedienti Abrahæ dixit. Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Et quia perfectiſſimum eſt ornamentum obedientiæ, nomi- Cap.xvi. ne circulorum ab Ezechiele exprimitur: cum in perſona Dei dicit, Et dedi tibi circulos in auribus tuis, & ita circu-



lus qui perfectiſſima figura ab Euclyde dicitur, & figurarum hyſoperimetrarum capaciſſima: perfectam & capaciſſimam obedientiam ſignificat, quę illo æterno circulo remuneratur, qui de ſe ait. Ego ſum Alpha & O. principium & finis. Nam & Philoſophus quidam nõ imperite dixit, Hermes Trimegiſtus. quod Deus eſt circulus, cuius centrum eſt vbiq;, circumferentia vero nuſquam. Et de his ſatis.

¶ Iam nunc ornamentum colli videamus. Et quidem Sermo.xli. ſuper cantica. beatus Bernardus pulchre ponderat ſuper id: collum tuum ſicut monilia; quod collum ſolet ornari monilibus, non ipſis comparari. Sed ſponſę collum ita in ſe ipſo formoſum & tam decenter quaſi natura formatum eſt, vt extrinſecus non requirat ornatum; ſed ipſum collum eſt ſicut monilia. Non tamen huic repugnat quod a ditiſſimo ſponſo ſuper ornetur, quaſi gratia ſuper gratiam addita: vnde beata Agnes dicit. Collum meum cinxit lapidibus precioſis, & infra: immenſis monilibus ornauit me. Et per Ezechie- Cap.xvi. lem Deus dicit: torquem circa collum tuum. Ideo non obſtante illa dulciſſima Bernardi ſententia, proſequimur etiam hoc ornamentum.

✠

## CAPVT XII.

DVODECIMVM ORNAMENTVM EST
*colli precioſiſſi.na torques, conferta immenſis monilibus, & la=
pidibus præcioſis: quam interprætatur eſſe memoriam omnium
penalitatum & uinculorũ Chriſti, quibus pro nobis ligatus eſt.
Hieremias namq;, ut captiuitatem futuram prænunciaret, cathe:
nam ferream collo portabat. Per monilia immenſa intelligit me:
moriã geſtorum immenſorum Chriſti. Per lapides uero præcioſos
illos lapides intelligit, quos tulerunt Iudæi, ut in Ieſum iacerent:
vel melius illos duodecim quos Aarõ in rationali pectoris habebat
in quo erant ſcripta duodecim nomina filiorum Iſrael: uel intelli:
gantur duodecim fructus Spiritus ſancti aut duodecim Apoſtoli:
uel multa alia quæ in litera ponuntur.*

Torques. DVODECIMVM
Ornamentum colli eſt præcioſiſſi:
ma torques conſerta immẽſis moni
libus & lapidib⁹ pręcioſis. Et quidẽ
non vilis eſſet hæc torques ſi eam in
terprætaremur eſſe memoriam om:
Cap.xxVij. nium vinculorum Chriſti, quibus
ligatus eſt pro nobis nam ſi Hieremias in ſignum futuræ
captiuitatis, cathenas ferreas in collo portare non dedigna
batur, vt ſic operibus ipſis prophetare videretur: cur non
in ſignum rememoratiuum noſtræ captiuitatis, a qua per
Chriſti vincula ſoluti ſumus, tanquam grati habebimus
viuam memoriam vinculorum eius, quę vel ſola ſufficeret
dirumpere funes peccatorũ, quibus vnuſquiſq; noſtrum
Prouer.V. conſtringitur? Cur, qui trahimus iniquitatem in funiculis
Eſa.V. vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum, non attra:
hemus ad nos æquitatem in funibus veritatis æternæ, quę
Chriſtus eſt: Sed nolo hanc torquem arctarę ad ſola mate:



rialia Chriſti vincula, ſed dilatanda eſt ad omnia mala pœ:
nę, quibus quaſi vinculis ligatus eſt pro culpis noſtris;
Nam ſpiritus oris noſtri, vt Hiermias dicit, Chriſtus Thre.iiij.
Dominus captus eſt in peccatis noſtris, vt ſic fiant quaſi
annuli cathenæ adinuicem annexi ex omnibus, quę fecit
& pertulit Chriſtus: quia ſicut olim dilecta ſponſa col: Canti.i.
ligebat faſciculum mirrhę, immo ipſe met dilectus ſpon:
ſus ei erat faſciculus mirrhę, inter vbera eius commo:
rans vt ſic ipſa eſſet cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium
apud Deum: ſic re vera facit ſibi torquem ex operibus & i.Reg.xxV.
paſſionibus Chriſti, vt ſuum ornetur collũ, in quo, ſęcun
dum Bernardum, intellectus ſignificatur per quem anima Sermone. xli.
traiicit vitalia alimenta, & in quędam tranſfundit viſce: ſuper cantica.
ra morum affectuumq; ſuorum. Ex geſtis quoq; Chriſti,
quorũ quodlibet immenſi valoris eſt, fiunt illa monilia
immenſa, quibus ſe ornatam dicebat Agnes, & quaſi la:
pidibus pręcioſis collum animę cingitur: cum medita:
tur lapides, quos non ſemel Iudei contra Chriſtum tu: Ioã.Viij.& x.
lerunt, vt iacerent in eum. Quanto enim illi lapides erant
aſperiores & Chriſto ignominioſiores: tanto fiunt ani:
mæ meditanti pręcioſiores. Quod ſi quærere inſiſtas,
an ſint etiam alii lapides præcioſi, quibus collum ſuum
cinctum eſſe dixit beata Agnes, & quibus collum noſtrę
animæ debet ornari: fortaſſe non incongrue dicam eſſe
illos duodecim, quos in rationali pectoris ſui Aaron le:
gitur habuiſſe in quibus erant ſcripta duodecim nomi: Exo.xxViij.
na filiorum Iſrael, in quibus totus populus Chriſtianus,
qui eſt verus Iſrael Dei, ſecundum ſpiritum ſignificatur.
Sicut enim ad literam illis lapidibus ornabatur Aaron,
vt memoriam haberet in ſua oratione tempore ſacrificii
totius populi, vt ſic totum populum Deo commenda:
ret, pro quo conſtituebatur, in hiis quæ ſunt ad Deum: ſic
vera Chriſti ſponſa quæ honorem Dei Zelat, & vtilitatem

animarum, pro quibus ille mortuus eſt, totius eccleſię vni
uerſalis memoriam habet apud Deum, cuius pacem &
profectum in capitis ſui obſequium ardentiſſime exquirit.
Et recte talis memoria vtilis in duodecim lapidibus ſigna
tur. Eſt enim ille numerus ſuperabundans, & ex partibus
ſeptenarii, qui eſt numerus vniuerſitatis compoſitus, ſi ad-
inuicem multiplicentur. Tria enim & quatuor quæ ſimul
ſeptem conſtituunt, efficiunt, ſi adinuicem multiplicen-
tur, duodenarium. His duodecim lapidibus ornabatur
Ad Ro.i. anima Pauli, cum non tantum Romanorum memoriam
ij.Cor.xi. ſemper faciebat in orationibus ſuis, ſed ſollicitudine om-
nium eccleſiarum ardebat. Quod ſi gratum tibi ſit duo-
Ad Gala.V. decim fructus ſpiritus in illis duodecim lapidibus conſi
derare: qui ſunt velut duodecim fructus, quos lignum vitę
prebet ſponſæ quieſcenti ſub eius vmbra, qui ſunt gutturi
eius dulces fructus ad eſum, & precioſi lapides ad orna-
tum. Et mihi quoq; erit hoc iucundum. Quod ſi velis
cum gloſa ordinaria dicere, in illis duodecim lapidibus,
qui quatuor ordinibus in ternario poſiti erant, ſignari qua
tuor principales virtutes, quæ cum fide trinitatis debent
haberi: non negabo. Si vero magis tibi placeat Beda, qui
dicit in duodecim illis lapidibus ſignari varia dona virtu
tum, & miracula ſanitatū: annuam tibi. Nam & hęc ſuper
abundanter, & quaſi in duodenario numero, ſolent, cum
opus eſt, ornare ſponſam ad vtilitatem eccleſię. Si autem ti-
bi grati ſint illi nouem lapides precioſi, qui in ornamento
Cap.xxviij. regis Tyri ab Ezechiele numerantur, cum ei dicitur: om-
nis lapis precioſus operimentum tuum. Nec ſic erit ad or
namentum ſponſæ inconciña applicatio, etiam ſi per illos
nouem lapides intelligas cum beato Gregorio nouem An
gelorum ordines, qui ſponſam Chriſti adhuc militantem
& muniunt quaſi montes, & ornant quaſi lapides precioſi.
Nam licet non omnes exterius mittantur, omnes tamen



ſunt adminiſtratorii ſpiritus, propter eos qui hæredita
tem capiunt ſalutis, & omnibus eis collum ſponſę ornatur
dum de eis cogitamus, & eos veneramur, & eorum ſuffra
gia, immo & ſimilitudines participamus, ardentes amore
cum Seraphin, pleni ſapientia cum Cherubin, facti ſedes
Dei inſtar thronorum, & noſtro modulo cęteros immitan
tes. Sic Agnes beatiſſima, quę habebat cuſtodem corporis
ſui Angelū domini: habebat adiutores animę ſuę vniuer
ſos ordines Angelorum, qui maximo gaudio eius trium
phale martyriū aſpiciebant: vt pote ſpecialis cognatæ ſuæ
inſigni dono virginitatis & infuſę ſapientiæ & charitatis.
Nec mihi difficile eſſet proprietates omnium nouem
ordinum in eius martyrio lucentes oſtendere, ita vt col
lum eius appareret cinctum nouem illis lapidibus precio
ſis: niſi ad alia ſermo properaret. Quod ſi tibi ſint gratio
res illi duodecim lapides, qui ſunt fundamenta cœleſtis Apo.xxi.
Hieruſalem, in quibus ſunt nomina apoſtolorum & agni,
qui in Apocalipſi recitantur: non ibo inficias. Nam ſi
ue per illos intelligas duodecim Apoſtolos, ſiue duodecim
articulos fidei, prout late explicat Nicolaus a Lyra, expo
nens in particulari proprietates illorū lapidum, & qualiter
cuilibet apoſtolo & articulo fidei proprius lapis conueniat
optime cōgruunt pro ornamēto ſponſę, quæ ſicut Chriſtū
& eius geſta habet pro ornamento colli, & torque præ
cioſa, ſic & Apoſtolorum memoria ornatur, & articulis fi
dei, qui geſta Chriſti pręcipua continent, inſignitur. Nec
volo implere chartas illis applicationibus, quas quilibet
legere poteſt tam in gloſa literali, quam in morali, tantum
dico etiam his omnibus lapidibus precioſis non poſ-
ſe plene exprimi, quantus & quam varius & precioſus
ſit ornatus, quem dat ſponſis ſuis Chriſtus diues in om-
nes qui inuocant illum, qui potens eſt omnia tribuere, Ad Rom.
abundantius, quam petimus aut intelligimus. Nec enim

Ad Ephe.iij. tantum fundamenta Hieruſalem ornant Chriſti ſponſam,
ſed cum regnum Dei in eam aduenit, & intra eam perma-
Apo.xxi. net: quaſi vera Hieruſalem videtur tota de cœlo deſcen-
dere, tanquam ſponſa ornata. Excedit enim decus eius
& pulchritudo quicquid verbis exprimi poteſt. Ideo in
Canti.iiij. canticis cum verbis ſponſi laudatur dicitur pulchra, absq;
hoc quod intrinſecus latet: quod vtiq; nullis verbis ex-
primitur, ſed ſolus nouit ſponſus, qui dedit, & ſponſa quæ
Pſal.xliiij. manna abſconditum accepit, de qua dicitur. Omnis glo-
ria eius filiæ regis ab intus. Nam ſi Aſſuerus pro coniun-
Heſter.ij. ctione & nuptiis Heſter dona largitus eſt iuxta magnifi-
centiam principalem: quid non dabit Chriſtus pro con-
iunctione animæ ad eum, qui tam mire eſt prodigus, vt
pro natura humana quæ meretricauerat, totam ſuam ſub
ſtantiam conciſo in cruce ſacco diſſipari permiſerit, & vi-
uendo, & demũ moriendo in ſummę auſteritatis ri-
Ad Ro.viij. gore. Iam ergo cum Paulo fidenter dicamus.
Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro
nobis omnib⁹ tradidit illum, quomodo
non etiam cum illo omnia nobis do-
nabit? Nunc de ornamentis ma-
nuum videamus quæ ſunt
plura & pulchra.

✠



## CAPVT XIII.

DECIMVM TERTIVM ORNAMENTVM, *ſunt dextrocheria, ſeu armillæ, per quas ſollicitudo operandi, quæ Dei ſunt, datur intelligi. Nam cum in anima eſt obedientia per murenulas ſignificata, & excitatur, & roboratur tam uario ornatu colli, non reſtat niſi ut ſollicite opus ſequatur in lege Dei cum feſtinatione, & acceleratione, exemplo virginis Mariæ, & Abrahæ. Vbi in prædicatores inuehitur, qui facienda dicunt, & monent, & non faciunt.*

DECIMVM TER- Dextrocheriũ l. armillæ.
tium ergo ornamentum ſunt dex-
trocheria vel armillæ, quæ idẽ ſigni-
ficant: de quibus in Ezechiele legi-
tur, vbi ſępe ſupra notauimus. De-
di armillas in manibus tuis. Et in Cap.iiij.
Geneſi legimus, ſimul cum in auri-
bus datas eſſe Rebeccę duas armillas pondo ſyclorum de-
cem. Et Agnes dixit: ornauit ineſtimabili dextrocherio
dexteram meam. Et in hiis videtur mihi ſignificari ſolli-
citudo operandi quę Dei ſunt. Nullum enim eſt maius or-
namentum manuum, quam opus bonum, pręſertim cum
ſollicitudine & feruore factum. Nam poſtquam obedien
tia animæ ſignata in murenulis inſtruitur, & exercitatur,
& roboratur tam vario ornatu colli: non reſtat niſi vt ſol-
licitum opus ſequatur in lege Dei: quod bene in pondere
armillarum Rebeccę, quod erat decem Syclorum, ſigni-
ficatur. Illo enim numero decalogus intelligitur. Ideo Ioha.xiij.
Chriſtus dixit, ſi hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Pri-
mum quippe conſilium in diſpoſitione vitę noſtræ acci-

Pſal.cxviij. piendum eſt a lege Dei: ſed ſecundum a manibus propriis
id eſt ab operibus noſtris. De primo ait Dauid, nam & te-
ſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſti
ficationes tuę. Vbi Hieronymus iuxta Hebraicam veri-
tatem legit. Sed & teſtimonia tua voluntas mea, quaſi
viri amiciſſimi, id eſt ſic eis afficior, quaſi amiciſſimis
ſociis. Et Fœlix vertit: teſtimonia tua delectationes meæ,
viri conſilii mei. Debent enim nobis eſſe Dei pręcepta
a conſiliis, & quaſi conſiliarii noſtri dilectiſſimi: ſine qui-
bus nec paruum nec magnum opus aggrediamur. Sed
ſecundum conſilium a manibus noſtris ſumendum eſt.
Prouer.xxxij. Vnde Salomon in laudem fortis mulieris dicit, quod ope
rata eſt conſilio manuum ſuarum. Eſt enim abſqꝫ dubio
lux, quę in manibus abſconditur, nec vlla cognoſcitur ſpe
culatione, ſaltem notitia ſufficienti: donec ad praxim ven
tum eſt. Ideo ille pręcipue ſollicitus debet eſſe in opere, qui
aſſiduus eſt in prędicatione. Nam re vera magna atten-
tione notandum mihi videtur, quod pro maledictione qua
dam datur prædicatori, vt cum ipſe ſerat loquendo, alius
Cap.xxxi. & non ipſe comedat operando. Sic enim Iob ait. Si ſecu-
tus eſt oculus meus cor meum, & ſi manibus meis adhęſit
macula: ſeram & alius comedat. Vbi pulchre Gregorius
Lib. moraliũ. ponderat, quod mulier quæ vigilans filium lactauit, dor-
xxi. cap. viij. miens occidit. Sic magiſter ſciẽtia vigilans, vita dormiẽs,
ſi vigiliis auditorem & prædicatione nutrit, ſomno ope-
ris occidit. Ideo qui debet eſſe in predicatione cæcorum
ductor, lumen requirat quod in manibus abſconditur.
Iob.xxxvi. Non tantum autem lux in opere abſconditur, ſed verbum.
Quod bene Gregorius oſtendit exponens id: ſcies quo
Iob.v. niam multiplex erit ſemen tuum. Ait enim ille bene loquẽ
di facultatẽ accipit, qui bene viuit. Hinc eſt quod Aegyptii
ſerui facti, frumenta ad ſemen percipiunt, qui ante, dum li-
beri eſſent, ad æſum tantum acceperant: quia cum plene



Deo ſubdimur, verbo prædicationis replemur. Itaqꝫ
vitę ſanctitas magnum eſt compendium non tantum ad
internam ſapientiam acquirendam, ſed etiam ad poſſiden
dam in prędicatione veram & non inanem eloquentiam.
Et furtum quoddam videtur committere, qui cum ma-
lus ſit in opere, bonus eſt in ſermone. Vnde ſuper id: abun
dant tabernacula prędonum, dicit gloſa, prædones ſunt,
qui dum loquuntur quæ non faciunt, in locutione ver- Iob.xij.
ba iuſtorum tollnut. Vides ergo quod per ſanctitatem
quaſi iuſto titulo poſſidentur verba iuſtorum, qua deffi-
ciente prædones ſunt qui dicunt & non faciunt. Itaqꝫ bo-
no opere ornandæ ſunt manus, vt conſilium ab eis acci-
piamus. Debet autem eſſe in opere noſtro non ſegnities,
ſed feruor & acceleratio quædam, non leuis ſed ſpiritus Gene.xviij.
pondere plæna. Vnde pulchre Origenes ponderat, quod
feſtinauit Abraham ad tabernaculum & Sarrę dixit, vt ac-
celeraret tria Sata ſimilæ & ipſe ad armentum cucurrit, &
tulit inde vitulum tenerrimum, & optimũ deditqꝫ puero,
qui feſtinauit & coxit illum. Nullus inquit inuenitur piger
in domo ſapientis. Abraham feſtinat & currit, Sara ac-
celerat, puer properat: nec mirum quia aderat ille hoſ-
pes cui nomen eſt, accelera, ſpolia detrahe, feſtina præ- Eſa.viij.
dari. Aderat ille, qui neſcit tarda molimina. Sic Maria Luce.i.
cum feſtinatione aſcendit in montana, & paſtores vene- Luce.ij.
runt ad Chriſti pręſepium feſtinantes. Et væ pigro, qui Prouer.xiij.
vult, & non vult. Væ qui abſcondit manus ſuas ſub aſcel- Prouer.xxvi.
las. Vę ei, qui propter frigus arare noluit. Væ pręgnantibꝰ
plenis deſideriis, quę vere occidũt pigrũ, quia abſqꝫ dubio Prouer.xix.
dignos nos faciũt eterna morte pulſationes illę, quibꝰ nos Prouer.xx.
dormiẽtes deus excitat, quaſqꝫ nos in cõſiderate credimus Math.xxiiij.
eſſe deſideria noſtra, dum tãto hoſpiti nõ aperimus. Ideo
enim vapulauit ſeruus nequã, quia pulſãti domino aperire Prouer.xxi.
noluit. Ideo fallimur dum deſyderia noſtra eſſe dicimus,

quæ potius ſunt deſideria, quæ Deus ſe habere oſtendit
noſtræ ſalutis, dum noſtram negligentiam excitat. Magnū
quippe eſt eſſe virum deſideriorum; quia qui integra men-
te Deum deſiderat, profecto iam habet quem amat, inquit
Gregorius. Neq; enim quiſquam poſſet Deum diligere,
ſi eum, quem diligit, non haberet. Hæc autem dilectio in
Pſal. cxviij. ornamento manuum oſtendi debet. Vnde vbi nos legi-
mus, & mandata tua dilexi: in Hębreo habetur, feci, vt
illius linguæ periti dicunt, & ſic tranſfert Hieronymus
iuxta Hæbraicam veritatem. Nec eſt in hac differentia
contrarietas, ſed concordia quia qui diligit mandata fa-
cit mandata: nec tantum facit ſed diligenter facit. Sem-
Iob. iij. per enim in operibus iuſtorum eſt ſollicitudo feruēs. Ideo
comparantur iuſti effodientibus theſaurum qui in fine ar-
Prouer. ij. dentius laborant propinquare ſe exiſtimantes ei. Vnde
de ſapientia dicitur. Si quęſieris illam quaſi pecuniam
& quaſi theſauros effoderis illam: tunc intelliges timorem
Domini, & ſcientiam Dei inuenies. Tunc inquit intel-
liges: quod nota, vt ſcias lucem quę in manibus abſcon-
ditur, non haberi ab hiis qui dicunt & non faciunt. Ecce
ergo quale ſit ornamentum armillarum. Nec volo cala-
mum protrahere oſtendendo, quod vna armilla ſignen-
tur opera vitæ contemplatiuę, & alia opera vitæ actiuæ.
Dicam tamen, quod ideo Agnes beatiſſima ſolius dex-
terę armillæ meminit, cum dixit, ornauit ineſtimabili
dextrocherio dexteram meam; vel quia contemplatiua
excedit quaſi optima pars, vel vt innuatur quod in ani-
Iudi. iij. ma ſancta nihil eſt ſiniſtrum, ſed inſtar Aioth vtraq; ma-
nu vtitur pro dextera. Vel fortaſſe dextrocherium vo-
cauit illum, de quo dicitur: ſtans a dextris eius agnus
niue candidior Chriſtus, ſibi ſponſam & martyrem con-
ſecrauit. Ille igitur agnus, qui in manibus Agnetis vere ag-
ninæ & innocētis depingi ſolet, recte ineſtimabile dextro



cherrium dici poteſt. Chriſtus enim, qui eſt dextera patris,
cum mouet nos ad operandum ea quæ dexteræ ſunt, & om
nia opera noſtra operatur nobis, vt Eſaias dicit; ornamen Eſa. xxvi.
tum eſt dexteræ noſtræ.

## CAPVT. XIIII.

DECIMVM QVARTVM ORNAMEN
*tum ſunt annuli, qui dantur ad decorem digitorum: in quibus*
*diuerſæ ſignificantur gratiæ, quia diuerſi ſunt digiti, qui annu-*
*lis ornari habent eſt primo annulus ornans indicem; per quem da-*
*tur intelligi ſignaculum ſecretorum, ſ. vt anima illo ornata ſciat*
*quid, quando, quibus, & qualiter loqui debeat, & quæ circa fi-*
*dem & mores iudicare, quæ occultare, vt ſponſo placeat. In digi-*
*to medio ſeu maiori, ponitur annulus maioritatis, & eminentiæ:*
*vt patet in annulo dato Ioſeph a Pharaone, cum eum conſtituit*
*ſuper Aegyptum, & in annulo dato Mardocheo ab Aſſuero.*
*Verus tamen annulus poteſtatis in apoſtolis fuit, quibus poteſtas*
*faciendi miracula, curandi omnem langorem, expellendi demo-*
*nes & ſuper totum orbem data eſt. Perfectiori tamen modo fuit*
*iſte annulus in beata virgine vt in littera deducitur. Tertio eſt an-*
*nulus fidelitatis, qui portatur in digito cordis ipſius ſpōſæ, quo*
*ſubarratur ipſa, vt fidem ſeruet ſponſo Chriſto, nec (conſentiēdo*
*peccato) in Chriſtum committat adulterium. Et ponitur hic an-*
*nullus in digito cordis, vbi amoris, & fidelitatis principium &*
*fundamentum eſt. Huic annulo adiungitur etiam annulus digi-*
*ti auricularis, ſ. minimi: & dat intelligere fidelitatem, quæ eſt in*
*minimorum peccatorum (hoc eſt venialium) deteſtatione, & fu-*
*ga: qui annulus in viris perfectis (& ſi nō ex toto) reperitur.*
*Vbi multa de peccato veniali aducit.*

Annuli. DECIMVM QVAR-
tum ornamentum ſunt annuli qui
dantur ad decorem digitorum, in
quibus diuerſæ ſignantur gratiæ.
ſicut etiam ſunt diuerſi digiti qui ſo
lent ornari annulis. Eſt primo an-
nulus ornans indicem, in quo ſi-
gnificatur ſignaculum ſecretorum, vt exponit Grego-
*xxx. Libr. mora. cap. x.* rius. Dicit enim quod per annulos ſignaculum ſecreto-
rum exprimitur. Plerunque enim magiſtri ſignant quod
ab auditoribus capi non poſſe conſiderant. Hunc etiam
habet ſponſa quæ nouit quid & quando & quibus & qua-
liter loqui debeat, & quæ ſecreta ſponſi debeat indicare,
& quæ debeat occultare, dicens. Secretum meum mihi.
Et quæ ſilentio honoranda ſunt, & fide vt pote tranſ-
cendentia viatoris capacitatem. O quam pulchre habuit
hunc annulum Baptiſta qui indicauit quidem Chriſtum
*Ioan. i.* omnibus dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pecca-
ta mundi. Cognoſcens tamen ſe non poſſe indicare vincu
*Matt. iij.* lum quo homo ille erat Deus: dixit ſe non eſſe dignum
corrigiam calciamenti eius ſoluere. Qui etiam alia dice-
bat turbis, alia indicabat militibus, alia loquebatur Pha-
riſęis, ſciens quæ cuique pro captu ſuo eſſent ſignanda,
& quæ reſeranda. Hic annulus omni animæ quæ Deo
placere cupit, valde neceſſarius eſt, vt ſcilicet habeat ſi-
gnaculum ſecretorum in indice. Vnde Ambroſius expo-
nens id: in corde meo abſcondi eloquia tua vt non pec-
*Sermo. ij. ſuper Pſalm. cxviij.* cem tibi: dicit. Non ſolum periculum eſt falſa dicere, ſed
etiam vera, ſi quis ea inſinuet quibus non oportet, quod
vitium eſt vel adulationis vel auaritiæ vel iactantiæ vel in
cautæ loquacitatis. Sed Chriſtus theſaurum ſapientiæ ab-



ſconditum in agro, abſcondendum dicit ab eo qui inue-
nit eum. Qui enim diuulgauerit Babylonis theſaurum
Dei offendit: & ei dicetur id Eſaiæ. De ſemine tuo acci- *Eſa. xxxix.*
pient, & facient ſpadones in domo regis. Perquem ſigni-
ficatur, quia is qui prodiderit diuina myſteria poſteritа-
tem animæ ſuæ ſeminariumq; meritorium habere non
poſſet. Et ſi bonum eſt viro ſermones ſuos abſcondere:
quanto magis ſermonem Dei operire debemus. Hæc ille
& licet omnis iuſtus egeat hoc annulo, pręcipue tamen
neceſſarius eſt ei qui officium docendi habet: quia vt be-
ne dicit Gregorius in ſuo paſtorali, aliter monendi ſunt Iu
uenes, aliter ſenes aliter viri, aliter fœminę, aliter incipien
tes, aliter proficientes, aliter perfectiores.

¶ Secundo eſt annulus maioritatis & eminentię qui di-
gito medio vt pote maiori congruit. Et hic ſignificatur
in annulo dato Ioſeph a Pharaone, cum eum conſtituit *Gene. xli.*
ſuper AEgyptum. Hoc etiam ſolebant ſignari litterę
regiæ, ideo datus eſt annulus ille Mardocheo, vt quaſſa- *Heſter. viij.*
tis litteris mortis quas Aman fecerat: alię de nouo fie-
rent. Quem etiam Antyochus Philippo dediſſe legitur. *i. Macha. vi.*
Sed illi annuli vmbratiles erant, quibus eminentia ac-
cipiebatur in tranſitoria poteſtate. At noſter annulus, de
quo loquimur, eſt verus, quo ſponſę Chriſti ſpeciali quo
dam priuilegio (cum ſponſo placet) ornantur, haben-
tes virtutem Dei promptam, & quaſi ad manum: vt per
eum operetur quaſi ex poteſtate nam vt Bernardus ait, *Sermo. lxxxv.*
in nulla re magis omnipotentia verbi cognoſcitur, quam *ſuper canti.*
quod omnipotentes facit ſperantes in ſe: ita vt cum Pau
lo dicant, omnia poſſum in eo qui me confortat. Hunc
annulum habebant apoſtoli de quibus canimus. Quo-
rum pręcepto ſubditur ſalus & langor omniū. Videban
tur enim quaſi ex imperio miracula facere vt narrat beatus

*Li.ij. dialogo* Gregorius. Feciſſe etiã ſanctũ Benedictũ & alios ſanctos
*c.xxx.&.xxxi.* qui aliqñ nõ præuijs præcibus, ſed quaſi ex imperio in vir
*Aggei vltim.* tute huiꝰ annuli, quẽ habẽt, mira operant̃. Hic enim annu
lus eſt ipſe Chriſtus, qui eſt virtus patris, de quo p quendã
Prophetam pater dicit. Ponam te quaſi ſignaculum, quia
te elegi dicit dominus exercituum. Ad litteram enim hoc
de Chriſto exponitur, licet de Zorobabel filio Salathiel di-
ci videatur. Chriſtus enim vere eſt filius Salathielis, a quo
per carnem deſcendit, & vocatur, ibi Zorobabel, ſic vt ſo-
let vocari Dauid, quia ab vtroq; deſcendit qui re vera non
tantum dicitur poſitus in ſignaculum, quia poſitus eſt in
ſignũ cui contradicetur, & quia poſitus eſt in ruinã multo
rum: ſed præcipue eſt ſignaculum & quaſi annulus poteſta
tis mirificæ hijs, qui per eum in tantum reſurrexerunt, vt
eis ipſa virtus Dei quaſi prompta & ad manũ daret̃. Chri-
ſtus enim quaſi annulus in auro humanitatis pro lapide
precioſiſsimo habet in ſe ſigillum & imaginem Dei pa-
tris: quia eſt vera figura ſubſtantiæ eius & inſtar annuli eſt
vere circularis, in quo homo qui eſt vltima creaturarum,
iunctus eſt deo, qui eſt omnium creaturarum principium.
Hoc annulo ſupra omnes ſanctos ſpecialiter ornatur ſacra
tiſsima virgo Maria mater Dei, quę totius orbis poſt fi-
lium ſuũ eſt imperatrix & domina, & eius nutui in huius
annuli virtute, quo toties ornatæ ſunt ſacræ manus eius,
cuncta ſubijciũtur. Ipſa eſt quę per eum reuocauit litteras
mortis contra genus humanum olim ſcriptas, & fecit vt
Aman periret in patibulo, quod parauerat Mardocheo.
Poſuit enim ſalutem noſtram Deus in manu fœminæ,
quæ quaſi ex poteſtate & autoritate materna imperare
poteſt vniuerſę creaturę. Et ipſi ſupremi ſeraphici ſpiritus,
potentes virtute, paratiſsimos ſe exhibent ad facien-
dum verbum illius, & ad audiendam vocem Sermonũ
*Lucæ.ij.* eius, ſcientes quod ipſe Deus dignatus eſt eſſe ſubditus illi.



Hęc virgo eſt quæ cœleſtis & terreni imperij iura modera
tur, & cui poſt filium genu curuantur omnia, cuius nomi-
ne audito vniuerſi demones tremunt. Alijs quidem ſanctis
ad horam & ad aliqua particularia opera hic annulus da-
tur: ſed Maria omni tempore, & ad omnia quæ vult, habet
eum: ita vt non niſi per eam deus ipſe velit ſua nobis mune
ra largiri. Vnde & beatus Bernardinus dicit, ꝙ habet quã-
dam iuriſdictionem in temporali miſsiõe ſpiritus ſancti,
quia non vult ipſe ſpiritus ſanctus niſi per eam communi-
cari, ſicut & filiꝰ a quo ſpiritus ſanctus procedit per ipſum
datus eſt nobis. Et quidem ipſa dona Dei dulcius ſapiũt
per manus Mariæ collata. Et ſi mihi a deo optimo daretur
an vellem dona Dei ab ipſo fonte, ſic immediate haurire,
vt non per preces & manus Marię ad me deſcenderent, ſed
ſoli deo debitor fierem: vel potius vellem eadem dona per
hunc cœleſtem aquęductum recipere, & virgini debere id
quod gratia Dei eſſem: ego fateor genibus flexis inſtantiſ
ſime a deo poſcerem, vt per hoc cœleſte collum diuinæ in-
fluentiæ ad me deſcenderent, & multo lætior & ſecurior eſ
ſet anima mea, ſi data optima Dei per hanc cœli portam
ad me deſcenderẽt: vt per eam quoq; poſſem aſcendere ad
deum, per quam deus deſcendit ad me: ꝙ̃ ſi alia extraordi
naria via mihi conferrentur. Ornatur itaque ſupra om-
nes hoc annulo Maria, quia licet de ſeruis quos inuene-
rit dominus vigilantes ipſe dixerit, ꝙ ſuper omnia bona *Lucæ.i.*
ſua conſtituet eos, quod eſt aliquo modo eis hunc annu-
lum promittere (Deus enim quaſi obediet volũtatibus ſan
ctorum in cœlo qui hic in terra propter eum proprias vo-
luntates abnegauerunt) ſed non erit eorum voluntas ita la-
ta in volendo, nec intellectus ita extenſus in cognoſcendo,
nec meritum tam efficax in impetrando, nec dominium
ita legitimũ in imperando: ſicut in hac virgine ſacra quæ
eſt mater & ſpõſa regis omniũ & cuius principatus ita in

cœlo & in terra eminet, vt iure Ignatiꝰ in epiſtola ad Ioã-
nem Mariam vocet cœleſte prodigium, & ſi phas eſt fari ſa-
cratiſsimum monſtrum.

¶ Tertio eſt annulus fidei qui portatur in digito cordis,
de quo Agnes beatiſsima dixit. Annulo ſuo ſubarrauit
me dominus meus Ieſus Chriſtꝰ. Iſte igitur annulus quo
ſubarrãtur ſponſæ vt fidem ſponſo ſeruent, fidem ſigni-
ficat: quæ non hic capitur pro fide qua credimus, ſicut
cum de primo ornamento camiſiæ loquebamur: ſed ca-
pitur pro fidelitate, quam ille dicitur habere cum ali-
quo qui nulla ratione ab eo diſcedit, ſed ſemper pro eo ze-
lat. Sic qui ami cum non deſerit in tribulationibus, in
quibus ab aliјs derelinquitur, dicitur magnam fidem id
eſt fidelitatem habuiſſe cum illo. Et qui ea quę cuſtodien
da ab amico recipit, ei fideliter reddit, dicitur fidem ha-
bere cum illo. Et hęc eſt magna virtus in anima, per
quam anima nunquam recedit a ſponſo ſuo Chriſto, con
*Cap. ij.* ſentiens adultero demoni, ſed ſemper adhæret Deo di-
centi per Oſeæ. Deſponſabo te mihi in fide. Nec vlla tri-
bulatione ab eo auertitur, & omnia quæ a deo recepit,
Deo ipſi attribuit & ad eum reducit quaſi faciens cir-
culum aurei, & optimi annuli per quem ipſa anima quæ
a deo exiuit per creationem & per gratiam ad deum fide-
liter vadit eius ſolius gloriam quærens. O quam bene ha-
Ad Ro. viij. bebat hunc annulum qui dicebat. Quis nos ſeparabit
*i. Ad Cor. xv.* a charitate Chriſti. Tribulatio, an anguſtia, an fames, an
nuditas, an perſecutio, an periculum, an gladius? O quam
*ij. ad Cor. iij.* bene habebat hunc annulum qui dicebat. Gratia dei ſum
id quod ſum, & adeo ſollicitus erat omnia bona ſua Deo
*i. ad Cor. vij.* attribuere vt diceret. Non ꝙ ſufficientes cogitare aliquid
ex nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.
*ij. Ad cor. xij.* Nam hanc miſericordiam conſecutus erat vt eſſet fidelis



ideo in ſuis ſolis infirmitatibus gloriabatur. Et bene hoc
annulo ſubarrantur ſponſæ, quia vt ſanctiſsimus pater
Franciſcus dicere ſolebat, hoc fidelitatis annulo diſtin-
guitur ſeruus Dei a ſeruo Diaboli. Poteſt enim peccator
flere, ieiunare, orare, Eleemoſynas facere, & alia multa quæ
iuſtus facit operari. Sed hoc ſolum non poteſt dum in pec *Lucæ. xv.*
cato perſeuerat, ſcilicet eſſe Chriſto fidelis, licet poſſet mi-
racula pro eius nomine facere. Ideo hic annulus Deo iu-
bente datur filio prodigo reuertenti ad patrem, quo care-
bat quamdiu erat in regione longinqua meretricarius,
& porcos paſcens. Et ſine eo nunquam poteſt pœnitens re
conciliari, quia niſi quis habeat propoſitum perpetuæ fi-
delitatis ad deum, non vere reuertitur ad deum. Ideo hic
annulus recte ponitur in digito cordis, vbi eſt innitianda
conuerſio animę & vnde oritur vera fidelitas. Itaque per
hũc annulũ fit qui, ante peccator erat verus ſeruus Chriſti,
& vere fidelis: vt non uelit vltra conſentire peccato, & hoc *iij. de officijs.*
non principaliter metu penę, ſed amore iuſtitiæ, & ob
honorem Dei. Vnde pulchre dicit Ambroſius quod Pla- *cap. V.*
to affert de annulo Gygeo, quo paſtor regis Lydię re-
gnum Lydiæ adeptus, dicitur inuiſibilis factus. Da in-
quit Plato hunc annullum ſapienti vt beneficio eius poſ
ſit latere cum deliquerit. non minus fugiet peccatum nõ
enim latebra ſapiẽtis per impunitatis, ſed innocẽtię eſt. Et
addit Ambroſius. Quid mihi opus eſt figmento annuli
reperti in digito mortui intra equum æneum? Cum re-
bus geſtis doceam, ꝙ ſapiens ſi peccando poſset regnare,
& non peccando periculum ſubire: eligeret periculum,
vt patet in Dauid parcente Sauli, vbi opus fuit Ioanni gy
geo annulo, qui ſi tacuiſſet non eſſet ab Herode occiſus?
Itaq; qui annulum fidelitatis habet non quærat annul-
lum gygeũ, vt poſſit in occulto delinquere inuiſibilis fa
ctus: ſed & ſi ſciret hoĩes neſcituros, & deũ ignoſciturũ, nõ

minus odiret peccatum virtutis amore. Sed iam attende
ꝙ aliqui ſunt qui fidelitatem ſeruant in hoc ꝙ cauent, ne
per mortale peccatum velut per quodam ſpirituale adulte
rium fornicentur a deo: non tamē cauent a venialibus, ſed
leuiter illa multiplicant, etiam ex deliberatione peccantes
venialiter, & non ſolum ex ſurreptione aut ex infirmitate
ineuitabili labuntur, ſed ex propoſito contemnentes illa
peccata quaſi leuia. Et quidem hij ꝗ diu a mortali crimine
abſtinent, annulum digiti cordis qui datus eſt filio prodi-
go non perdunt: ſed tamen nullo annulo habent ornatum
minimum & auricularem digitum, quia peccata quæ eis
videntur minima non cauent. Qui autem diligentiam &
ſollicitudinem habet vt caueat quantum cum gratia Dei
humanæ fragilitati poſsibile eſt, etiam minimā offenſam
ſponſi: hic optimo annulo ornatum habet minimum &
auricularem digitum, quia in minimis ſubtilitatem caute
læ adhibet. Et hoc digito præſertim ſic ornato bene pin-
guntur obedientiæ aures, & fiunt purę, cum in omnibus
Ad Ro.xij. voluntati dei ſubijcimur: & non tantum in hijs quæ ſunt
de neceſsitate ſalutis, curantes cognoſcere quæ ſit Dei vo-
luntas, non tamen bona, ſed beneplacens & perfecta. Hic
annulus fidelitatis etiam eſt vt præcedens, nam & ad fideli
tatem pertinet tam diligens obſeruatio: ſed hoc diſtat ꝙ
prior eſt communis omni animæ quę eſt in ſtatu gratiæ,
nam ſtatim ꝙ filius prodigus redijt ad patrem ſuum, illū
annulum accepit: ſed iſtum de quo loquimur, tantum ha-
bent perfectę animæ, aut illæ quæ multo feruore ad perfe-
Matth.x. ctionem tendunt. Vident enim ꝙ qui dixit ſe remuneratu-
rum calicem aquę frigidæ, idē aſſeuerauit ꝙ de omni ver-
Matth.xij. bo ocioſo reddent rationem homines in die Iudicij. Sciūt
ꝙ vſq; ad minimum quadrantem pœna accerbiſsima in
purgatorio exigitur: & ꝙ illa peccata, quę quaſi læuia nos
Job.xv. hic cōtemnimus, bibētes, quaſi aquam, iniquitatem, ſunt



quę indicibili tormento puniuntur in purgatorio, in hijs
quos deus prędeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui,
& quos cito prouehendos videt ad immenſam gloriam: tā
tus eſt rigor iuſtitiæ Dei. Conſiderant ꝙ ſcrutabitur domi Sopho.i.
nus non tantum Babilonem, ſed etiam Hieruſalem in lu-
cernis, vt ipſe promiſit. Animaduertunt ꝙ purgabit filios Malachi.iij.
Leui, & colabit eos quaſi aurum, vt excoquat, ſicut prædi
xit ad purum eorum ſcoriam. Recolunt ꝙ etiam qui lotus Eſa.i.
eſt, indiget vt pedes lauet, nec aliter habere poterit cū Chri Ioan.xiij.
ſto partem, niſi etiam puluere pedum excuſſo fiet mundus
totus: quia nihil coinquinatum etiam leuiſsima culpa in- Apocal.xxi.
troibit in illam ciuitatem. Ideo tota ſollicitudine cauēt ab
omni peccato, nec minima reputant, quæ communiter di
cuntur minima: nam licet ſciant ea non eſſe mortifera, no-
lunt tamen quaſi minima vilipendere ea, quæ deus opti-
mus maximus ſub omni aſſeueratione promiſit ſe diſcuſ-
ſurum, coram vniuerſitate creaturę ſuæ in Iudicio. Non
contemnebat quaſi leue peccatum verbum occioſum ille,
qui teneris ſub annis ad antra deſerti fugit, ne leui ſaltem
maculare vitam famine poſſet. Non contemnebat bea-
tus pater Auguſtinus in libris cōfeſsionum, licet eſſent le-
uia multa peccata, quorum reum ſe eſſe tanta humilitate cō
fitetur, quæ tamen apud cęcos riſum prouocant, dum au-
diuntur: quia aſſueti ſumus trabes noſtras velut feſtucas re
putare. Non contemnebat hæc leuia Ambroſius, qui ex- Super Pſal. c.
ponens id: tuus ſum ego, ſaluum me fac, dicit. Facilis vox xviij. Ser.xij.
& communis videtur, ſed paucorum eſt. Satis rarus eſt, qui
pōt dicere deo, tuus ſum. Ille enim dicit, qui adhæret deo
totis ſenſibus. Nunquid hac voce vtitur auidus pecuniæ,
honoris, aut poteſtatis? nō poteſt dicere ſecularis, tuus ſum.
Plures enim habet dominos. Venit libido, & dicit me⁹ es.
Vide cætera in quibus Ambroſius exemplificat (nolui enī
hic ea proſequi) in quibus oſtendit ꝙ non eſt Chriſti, niſi

qui eſt alienus a crimine: quia hęc ad priorem annulum at
tinent. Sed vide, rogo, quid ad propoſitũ noſtrum ſubdit.
Non eſt, inquit Chriſti, niſi qui poteſt ſemper ſe ſeruulũ
Chriſti demonſtrare. Nam ſi quis mutabilis eſt, vt ego qui
aut merore mutor, aut indignatione, non eſt Chriſti. Venit
ira, & dicit meus eſt, ante horam meus erat, ſpero ꝙ iterum
meus fiat, quis ergo eſt dei, niſi qui poteſt dicere, nihil mi
hi conſcius ſum? Ideo dicebat Paulus, apoſtolus domini
noſtri Ieſu Chriſti, quia nulli alij obnoxius tenebat. Ego
autem nunc dei mei ſum: nunc triſtitiæ, nunc iracundiæ,
nunc verbi occioſi. Hæc Ambroſius. Cuius verba fateor
tremorem meę tepiditati incutiunt: dum attendo Ambro-
ſium tanti æſtimare verbum occioſum, vt dicat, nunc Dei
mei ſum, nunc triſtitię, nunc iracundiæ, nunc verbi occio
ſi. Quod non ſic intelligendum eſt, quaſi propter verbum
occioſum deum amiſerit: ſed quia non eſt ex deo ꝙ iuſtus
labitur, etiam leuiter. Nec enim deus inclinat ad culpam,
& cuicunqꝫ peccanti deeſt illa perfectio, per quam totã ani
mam ſic totaliter deus poſſidet: vt ſaltem ex deliberatione
non eligat, vel in occioſo verbulo offendere. Quod notan
ter ſic dico, quia ex ſurreptione, aut inaduertentia veniali-
ter labi de communi lege annexum eſt mortali conditio-
ni infirmitatis noſtræ, etiam ſi gratia dei nobiſcum ſit, &
ob hoc eget qui mundus eſt mũdari: & qui ſanctus eſt ſan
Apoca. xx. ctificari adhuc. Vnde præclare beatus Auguſtinus ſuper
numeros dicit, & habetur in gloſa ordinaria. Quem non
Nume. xix. moueat, ꝙ poſt ablutionem de ſingulis quibuſqꝫ dicitur:
& immundus erit vſqꝫ ad veſperam, non hic tantum ſed
in omnibus pene talibus mũdationibus, vbi neſcio quid
intelligatur, niſi ꝙ omnis homo poſt remiſſionem pleniſ-
ſimam peccatorum permanendo in hac vita, contrahit ali
quid, vnde ſit immundus vſqꝫ ad finem vitæ, vbi dies iſte
quodam modo clauditur, quod ſignificat veſpera. Itaqꝫ li



cet ſancti in hac vita non ſint ſine peccato, quia ſi dixeri-
mus ꝙ peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus: ha- 1. Ioan. 1.
bent tamen continuam ſollicitudinem mundandi pecca-
ta, & cauendi etiam leuiſſima. Et hij ſunt qui ſunt fideles
deo, etiam in minimo, & habent in digito minimo & auri
culari præcioſiſſimum fidelitatis annulum, ſemper cla-
mantes: amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato Pſalm. l.
meo munda me: & poſt lotionem petunt amplius munda-
ri, ſcientes quod relinquitur & viuit adhuc Iebuſeus in ter-
ra noſtra. Et hij ſunt viri vere placentes deo, & perfecte ad
deum conuerſi, qui plus in vna hora proficiunt, ꝙ̃ tepidi
in multis annis. Et maiores ſunt cum ſic incipiunt deo ſer
uire, ꝙ̃ tepidi cum finiunt. Quod pulcherrime inſinuat
gloſa ordinaria, exponens id Exodi: vbi iubetur vt fiat tu Exod. xxviij.
nica hyacintina habens capitium cuius ora per gyrum ſit
textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ait
enim. Tunica hyacintina habet oram in capitio textilem,
ſicut in extremis veſtium partibus ſolet fieri: cum doctor
egregius a tanta perfectione opus virtutum inchoat, ad
quantam alius longo labore vix aliquando perueniat: &
cum tanto timore famulatus omni hora cum deo ſuo am-
bulat, quantum alius vix moriturus, & ad iudicium vlti-
mum ingreſſurus habere ſufficiat. Hæc ibi, quæ notatu di
gniſſima ſunt, non tantum vt ſciantur, ſed multo plus vt
exerceantur. Preualet enim vnus actus feruidus pluribus
remiſſis: nã & in paucis morulis angeli obtinuerũt,
quod longi tẽporis labore vix homines con-
ſequuntur. Et de hijs ſatis, quia patere
iam poteſt abunde, quanti precij
ſit annulus, qui minimum
digitum ornat.

# CAPVT XV.

DECIMVM QVINTVM ORNAMEN-
*tum ſunt manicæ, quibus manus occultantur, Et cum perfectiori
colore, & decore conſeruantur: dantes intelligere, aliquando dece
re vt bona noſtra opera, præcipue ſuper erogationis, occulte fiant:
niſi vel proximi vtilitas, vel dei gloria reuelare cogat, vt aliquã
do prælatos, & exemplares perſonas cogit.*

Manicæ. DECIMVM QVIN-
tum ornamentum manuum, quod
ſuo tempore neceſſariũ eſt, ſunt ma
nicæ, quę cum neceſſe eſt occultant
manus operum, vt maiori calore in
trinſecus conſeruentur & nitidiores
coram deo maneant; quia licet de-
beant cum expedit lucere ad dei gloriam, etiam cum omni
bus annulis digitorũ: attendendũ tamen eſt, ne faciamus
iuſtitiam noſtram coram hominibus, vt videamur ab eis.
Matth. vi. Nec hoc ſolum cauet iuſtus, qui, ſi adhuc hominibus place
ret, Chriſti ſeruus non eſſet: ſed abſcondit etiam illa ſuper
Ad gala. i. erogationis opera, quę reuelare non cogit vel vtilitas pro-
ximi vel dei gloria. Sic abſcondebat Cecilia cilicium ſub
veſtibus deauratis. Et ſanctus etiam Ludouicus Rex Fran
ciæ, ſpeculum omnium regum mundi, ſub regio habitu
cilicium abſcondebat. Sic nobilis ille Elzearius virtutem
virginitatis abſcondit ſub tegumento matrimonij vſq; ad
finem vitæ, in quo ſpiritu ſancto cogente eam manifeſta-
bat. Quæ conſyderatio mirifice prodeſt ad humiliandũ
eos, qui in exterioribus pręſe ferunt mundi deſpectum, ne
facile iudicent, quos in ſęculo ſublimes vident: ſed cogitẽt,
ꝙ forte occultãt ſub manicis præclariſsimas virtutes, quas
ipſi vix attingunt. Ideo pręclariſsimus ille dux omnium



humilium & pauperum ſpiritu pater Frãciſcus dicebat Cap. iij.
in regula, ꝙ fratres, quando vadunt per mundum, non iu-
dicent nec deſpiciant homines, quos viderint mollibus ve
ſtimẽtis & coloratis indutos, vti cibis & potibꝰ delicatis:
ſed magis vnus quiſq; iudicet & deſpiciat ſemetipſum.
Itaq; neceſſariæ ſunt manicæ præſertim in operibus ſuper
erogationis, quæ faciũt hij, qui cum non ſint prælati, non
tenentur ſubditis ad ſingularis ſanctitatis exempla. Harum Pſalm. cxlix.
manicarum deffectu dantur pluribus nobilibus in infer-
no manicæ ferreæ, quibus alligantur, quia in ſuis nobili-
bus geſtis gloriam mundi quæſierunt, & quaſi Eleazarus i. Mach. vi.
ſub beſtia, quã occidunt, demũ per vanã gloriam cadunt,
& occidunt vt pulchre exponit Gregorius. Ecce ergo qua
lia ſint ornamenta manuum, quæ qui habent, vere poſ-
ſunt cum Dauid dicere. Benedictus dominus deus meus, Pſalm. cxliij.
qui docet manus meas ad pręliũ, & digitos meos ad bellũ.
Eędem quippe virtutes & gratiæ, quę ſunt ornamenta ad
placendum ſponſo, ſunt etiam in bello arma fortiſsima
ad proſtrandos hoſtes. Tantum addo, ꝙ ſicut neceſſarius
eſt annulus in indice, qui eſt ſignaculum ſecreto-
rum, ne verba, quæ non oportet, indicemus, vt
ſupra declaratum eſt: ſic neceſſariæ ſunt,
manicæ ne opera noſtra, quæ expe-
dit occultare, videãt homines:
ꝙ ideo dico, ne credatur
hæc duo ornamẽ-
ta penitꝰ co
incide
re.

## CAPVT. XVI.

DECIMVM SEXTVM ORNAMENtum *eſt corona, virtutem humilitatis, (quæ eſt fundamentum & radix virtutum) ſignificans. Nam cum per illam deo ſubicimur reges efficimur: ſeruire namq; deo regnare eſt: immo & corona eſt humilitas, quia humiles exaltantur, & deprimuntur ſuperbi. Vbi de admiranda humilitate beati Gregorij & Franciſci multa dicit.*

DECIMVM SEX-
Corona. tum ornamētum eſt corona, cuius
ſpecialiter meminit Agnes beatiſſi
ma, cum dixit. Annulo ſuo ſubarra
uit me dominus meus Ieſus Chri-
ſtus, & tanꝗ ſpōſam decorauit me
corona. Huius etiam inter alia or-
namenta Ezechiel meminit, dicens. Dedi coronam deco-
Cap.xvi. ris in capite tuo. Et vt breuiter dicam hęc corona eſt virtus
humilitatis: nec nego eſſe alias virtutes quibus iuſti coro-
nantur. Scriptum enim eſt in prouerbiis: corona ſapien-
Cap.xiiii. tum diuitiæ eorum, quod de virtutibus, quę ſunt ſapien-
tium diuitiæ, recte intelligitur: ſed inter has diuitias & vir-
tutes precipua eſt humilitas, quę eſt illa vera ſapientia, de
qua Salomon ait, ꝙ corona inclyta protegit habentem ſe.
Prouer.iiii. Nec eſt extra propoſitum, quod in eccleſiaſtico dicitur. Ti
mor domini gloria, & gloriatio, & lætitia & corona exul-
Cap.i. tationis. Et infra. Corona ſapientiæ timor domini. Nam
dono timoris inter virtutes reſpondet humilitas: nec ti-
mor ſine humilitate, nec humilitas ſine timore haberi po-
teſt, vt beatus pater Auguſtinus oſtendit in ſermone domi
Eſt ſer. ccxiii. nicæ nonæ, qui intitulatur de timore domini & vera humi
litate. Nec mirum tibi ſit, ſi cum ſoleat humilitas fundamē
tum vocari, & quaſi radix in virtutibus: nunc vocetur co



rona quę ſupremam hominis partem, id eſt caput, ornare
ſolet. Nam & ipſe homo eſt arbor euerſa, cuius radix eſt ca
put, in quo ſplendet humilitas. Et fundamenta virtutum,
quibus conſtruimus nobis manſiones in ęternum permā
ſuras in illa cœleſti Hieruſalem, quæ ędificatur vt ciuitas,
ſurſum ſunt. Itaq; pręclara quędam corona poteſt dici hu
militas, qua cum deo vera ſeruitute ſubiicimur, reges effi-
cimur. Ei enim ſeruire regnare eſt. Et ita non tantum dat
deus pro cinere humilitatis coronam, ſicut per Eſaiam pro Cap.lxi.
miſit, dicens: vt daret eis coronā pro cinere eſſe ſe miſſum:
ſed ipſamet humilitas eſt corona, qua vere anima exalta-
tur. Sicut enim de ſuperbis dicitur: deieciſti eos dum alle- Pſalm.lxxii.
uarentur, vbi innuitur, ꝙ ipſa ſuperborum eleuatio eſt mē
tis deiectio, quia qui ſe exaltat exterius, humiliatur & deiici
tur interius a culmine virtutis: ſic re vera eo ipſo ꝙ quis ſe Lucæ.xiiii.
humiliat, exaltatur in anima, & ſublimatur, ita vt ipſa hu-
militas ſit exaltatio, & veluti quędam regia corona animę,
Nec mirum ſi ſit corona, quæ eſt omnis iuſtitię conſum-
matio, quod Chriſtus oſtendit dum in baptiſmate dixit.
ſine modo, ſic decet nos implere omnem Iuſtitiam: cōſum
mationem iuſtitiæ in humilitatis perfectione conſtituens,
vt Bernardus ait. Quod ſi huius coronę laudes, vt dignū
eſt, proſequi debere, longo tractatu opus eſſet. Satis ſit mi- Sermo. xlvii. ſuper cātica.
hi breuiter de ea dicere, ꝙ hęc virtus eſt quędā gratia miri-
fica, eleuās animā, & ſplēdore quoddā cœleſti ſupra lumen
omnis naturalis rōnis illuſtrās: ita vt ſicut veritates articu-
lorū fidei non ſunt inueſtigandæ ſolo lumine naturalis ra-
tionis (quia licet nō ſint cōtra rationē, ſunt tm̄ ſupra rōnē)
ita etiā humilitas vera nō ſola rōne naturali metiēda eſt: qa
eſt gratia, cuius lumen rationē excedit. Nam, vt exempli
cauſa dicamus, quæ ratio naturalis attingit, vt qui ſubli-
mior eſt in conſpectu dei, vilior vere ſit in conſpectu ſui:
humilitas enim non eſt in ſanctis palliata, aut ficta, ſed

ſolidiſsima, & veriſsima. Quę ratio comprehendit, vt Pau
lus qui adeo dignus erat vocari apoſtolus, vt antonomaſia
quadam cum apoſtolum dicimus, ſolum Paulum intelli-
gamus, dicat, & cũ veritate de ſe enunciet, ꝙ non ſit dignus
i. ad Cor. xV. vocari apoſtolus, quoniam perſecutus eſt eccleſiam dei?
Quæ ratio capit, quod cum Mauritius imperator eſſet per
ſecutor beati Gregorij, & eccleſiæ, Gregorius tamen beatiſ
ſimus ei ſcribens inter cętera diceret. Quia enim peccator
ſum, credo ꝙ omnipotentem deum tanto vobis amplius
placabitis, quanto me male ſeruientem affligitis. O ſtupen
dam humilitatem. O admirandam credulitatem. O vocẽ
inauditam, quæ cœleſtem quandam energiam in ſe laten-
tem habet: quam nulla ratio humana cõprehendet. Quis
iam murmurare audebit, etiam contra iniuſtiſsimos perſe
cutores, cum Gregorius talia eructet ex humili illo & vere
diuino pectore: credẽs ſuum perſecutorem deum ſibi ipſi
placare, eo quod Gregorium male deo ſeruiẽtem affligit?
O humilitatem notatu digniſsimam & intimis imprimẽ-
dam medullis: quæ ratio attingit, vt beatiſsimus pater Frã
ciſcus ſe reputet omni peccatore mundi iniquiorẽ, & qua-
lem ſe eſſe cum omni veritate, confeſſus eſt ſocio percon-
tanti, quid de ſe ſentiret? At dices: hoc dixit humilis Fran
ciſcus, attendẽs ꝙ ſi beneficia ei collata alij quantumlibet,
magno peccatori deus contuliſſet, eſſet ille magis gratus
deo, quam ipſe erat. Sic enim ipſe declarauit verba ſua, vt
probaret, ꝙ ſine mendatio ea dixerat. Sed, rogo te, o pater
beate ꝑ vulnera illa tua fœlicia, dicito mihi, vnde noſti ꝙ
ſi alius peccator magnus eadẽ talẽta recepiſſet, quæ tu, plu
ra eſſet lucratus, & magis deo eſſet gratus? quæ te, hoc ratio
docuit? quæ doctrina? quæ prophetia? Ego enim pro certo
credo, ꝙ ſi alium te gratiorem cognouiſſet deus, illum ſu-
pra te varijs gratijs amplificaſſet. Sed reſpondere poteſt no
Canti. i. bis Franciſcus humilis, quod ſponſa in canticis dixit, No



lite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me
Sol. Huius enim humilitatis nigredinem non cauſauit in
me lumen rationis naturalis, quæ eſt velut lumen lunę, &
luminare quodam minus, ſeruiens ambulantibus in nocte
huius vitæ, & mutabile & varium: ſed ſol iuſtitię Chriſtus,
cuius lumine inabyſſatus ad nihilum redactus ſum, & neſ
ciui. Nam per humilitatem perfectam fit anima inſtar illius Pſal. lxxij.
mulieris, quę erat ſole amicta, & luna ſub pedibus eius, &
in capite eius corona ſtellarum duodecim. Non eſt ergo cõ Apoca. xij.
ſideranda ad lumen lunę, id eſt ſolius rationis naturalis,
quę, eam habens ſub pedibus, ſole veſtitur: quia infuſo
Chriſti lumine anima humiliatur humilitate vera & pro-
funda, & Chriſtiana, quam non tantum parit veritas, ſed
format charitas. Quam humilitatem philoſophi ſæculi
nunquam attigerunt, neq; cognouerũt, neq; meminerunt
ſemitarum eum. Lege obſecro, expoſitionem beati patris
Auguſtini ſuper id: veruntamen in diluuio aquarum mul Pſal. xxxi.
tarum ad eum non approximabunt: & videbis quam dul
citer, ſimul & profunde docet: quod doctrina humilitatis
qua noſtros nobis deffectus tribuimus, & eos humiliter
confitemur, & qua quaſi decoloramur, non inuenitur in
variis doctrinis gentium, quę ſunt quaſi diluuium aqua-
rum multarum. Non in ſtoicis, non in Platonicis, non in
Epycureis, demum in nullis: ſed ab vno puteo aquarum vi
uentium hauritur, & ab illo docetur, ipſo dicente. Diſcite Mat. xi.
a me, quia mitis ſum & humilis corde. A me inquit diſcite,
non a Philoſophis. Hęc enim virtus ſupra lunam eleuatur
& per eam anima ſplendore ſolis veſtitur, & quo magis ille
ſolis ſplendor participatur: eo magis anima humiliatur:
quia quo magis deum cognoſcit, eo amplius ſibi vileſcit.
Et hinc eſt quod abyſſus humilitatis eſt ſuo modo impe-
netrabilis, ſicut abyſſus diuinæ ſublimitatis, ex cuius con
templatione humilitas reſultat in nobis, eſt incomprehen-

ſibilis. Et hinc eſt, quod humilitas multo perfectior eſt in
beatis Deum clare videntibus, qui ſole iuſtitiæ in ſua for-
titudine ſplendenti amiciuntur: quam in viatoribus, qui
per fidem & charitatem eius radios velut adumbratos par
ticipant. Et eo quiſque beatorum eſt humilior in cœlo, quo
eſt Deo vicinior: nec vnquam in terra fuit tam humilis ſa
cro ſancta virgo mater Dei Maria, quam humilis eſt ho-
die in cœlo ſedēs a dextris filii: quia quo intimius immerſa
eſt in deificū lumen, & quo limpidius videt pelagus illud
infinitæ ſubſtātiæ, eo profundius cognoſcit abyſſum ſuæ
Apoca.iiij. nichilitatis. Et magis re vera quam ſeniores illi viginti qua-
tuor, quos Ioannes vidit ante thronum Dei procidentes,
& mittentes coronas ſuas: ipſa procidit, & reuerentius quā
poteſtates cœli trementes, cōtremiſcit ipſa coram eo, quem
plus cęteris nouit. Hinc eſt quod Petro ſe humilianti corā
Chriſto, dum vellet ei lauare pedes, & dicenti: domine tu
Ioha.xiij. mihi lauas pedes? Chriſtus reſpondet. Quod ego facio tu
neſcis modo, ſcies autem poſtea: quaſi diceret: admiraris
o Petre humilitatem meam, attēdens quis ſum ego, & quis
es tu: ſed hanc dignationem, qua me ſic humilio, neſcis
modo, ſcies autem poſtea: quia licet me confeſſus fueris
eſſe filium dei viui, non dum plene noſti, quanta ſit mage-
ſtas pedes tuos lauare volentis, ſed ſcies poſtea, dum altiori
lumine eleuatus in die Penthecoſtes, ſublimius de deo ſen
ties, & multo magis ſcies poſtea, cum in cœlo me facie ad
faciem conſpexeris. Hic enim parua & enigmatica eſt cog-
nitio, quam habes. Et ita re vera multo maiori humilitate
clamat hodie Petrus in cœlo dicēs: domine tu mihi lauaſti
pedes, quam in terra cum diceret, domine tu mihi lauas pe
des? Hęc omnia ideo diximus, vt pateat quod humilis
Chriſti ſponſa ſole eſt amicta, & lunam habet ſub pedibus,
lumen rationis excedens, cum habet coronam humilitatis
in capite, cuius duodecim ſtellas non incongrue poſſu-



mus interpretari duodecim gradus humilitatis, quos bea-
tus Benedictus ponit in ſua regula. Ideo non humana ra-
tione inueſtigāda eſt huius coronę præcioſitas, que mune
re diuina gratiæ ſupra rationem animam eleuat, & exaltat:
dum deijcit in profundum, & coronat, dum deprimit: &
regnum tribuit, cum in obſequiū Chriſti captiuat. Et de
hijs ſatis. Timeo enim de humilitatis virtute ſermonē pro-
trahere, ſciens quia nihil de ea ſatis dici poteſt pro eius di-
gnitate: Sed ex hijs pauculis, quæ diximus, ruminatione
magna, & immitatione digniſſima mihi videt, beati Gre Vide Aluarū de planctu ec
gorij humilitas, cuius ſupra meminimus, quę multos, eam cle. lib. ij.
licet obiter commemorantes, in ſtuporem conuertit. artic. xiij.

## CAPVT XVII.

DECIMVM SEPTIMVM ORNAMENTVM,
*eſt ſignum faciei, poſitum ab ſponſo in facie ſponſæ, ut tali ſigno
ſignata, nullum admittat amatorem præter ſponſum: & hoc
eſt lumē rationis quod ſuper nos ſic a deo impræſſum eſt, & ſigna
tum, & ſic habentes dirigit, ut ſi illud in omnibus inſequimur,
altiori lumine fidei ſcilicet Euangelicæ, illuminabimur, deo bene-
dicto diſponente & operante.*

DECIMVM SEP- Signū faciei
timum ornamentum eſt, de quo quod eſt lumē
Agnes beatiſſima dixit: Poſuit ſig- rationis.
num in faciem meam, vt nullum
pręter eum amatorem admitam. Et
quidem hoc ornamentum naturale
eſſe credo, illud ſcilicet lumen ra-

*Pſal. iiij.*

tionis, de quo Dauid ait: ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Eſt enim illud lumē quaſi ſignū ſupra nos ſignatum. Vnde Hieronymus vertit iuxta Hebraicam veritatem, leua ſuper nos lumen vultus tui domine. Et alii vertunt: erige ſuper nos vexillum luminis tui: quæ omnia in idem redeunt. Nam ſicut ad ſignum exaltatum ſe gubernant milites, ſic lumen rationis nobis impreſſum ſequendum eſt, quaſi vexillum. Et hęc eleuatio luminis, quam dicit Hieronymus, vocatur ſignatio in noſtra tranſlatione. Nam ſicut imago non imprimit denario niſi ictu mallei eleuati: ſic non niſi ictu quodam (ſi ſic loqui liceat) diuini luminis ad nos deſcendētis imprimitur in nobis illud lumen rationis naturalis, quod eſt participatio legis ęternę, per quā ineſt nobis naturalis inclinatio ad id, quod eſt conſonū legi æternæ. Hoc quippe ſigno diſtinguimur a brutis, quod etiam tribuit nobis præſidentię dominatum ſupra cuncta animantia, & ſoli Deo nos ſubiicit. Quod qui ſequeretur, nullum poſſet præter eum amatorem admittere: quia ipſum ſignum nobis ſignificat, quod nullo niſi Deo poſſumus ſaciari. Ideo ſemper illud ſignum nos auertit ab omni peccato, & ſemper clamitat, vt nullum præter Deum amatorem admittamus. Inde oritur remorſus ille, qui eſt grauiſſima pœna damnatis: Quia cum illud ſignum quaſi poſitum manu Dei, ſit indelebile, & habeat officium diuini cuiuſdam procuratoris, Zelantis quaſi amici ſponſi pro ſponſo, vt nullum pręter Deum amatorem admittamus: vbi oppoſitum videt fieri, & proſterni animam quaſi meretricem omni tranſeunti: reclamat tam fortiter, & remurmurat tam aſpere, vt non ſolum grauiſſime miſeros peccantes cruciet in inferno, vbi plene auditur (hic enim interim obſurdeſcimus ad ſtrepitum mundi & vexationem noſtræ conſcientiæ, quæ durior eſt quam

*Vide Titelmanum in annotationibus ſuper Pſal. ex Græco, Hebreo, & Chaldaico.*



vexatio dęmonis, non ſentimus ad ſonitum citharæ mundanæ ſuauitatis, ſicut Saul olim leuius habebat, cum cytharizabat Dauid: ſed etiam in hac vita magis cruciat, quam quęcunq; exterior infamia: nam & ſancti per infamiam & bonam famam tranſeuntes, ſtrepitum hominum contemnunt, vt conſcientia ſit in ſilentio. Vnde etiam gentilis ad confuſionem noſtram dixit. Nemo mihi videtur pluris æſtimare virtutem, nemo illi magis eſſe deuotus, ꝙ qui boni viri famā perdidit, ne conſcientiā perderet. Ad hoc ſignū mittebat Chriſtus Iudeos, cū eis diceret. Quid autem & a vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Quaſi diceret, ſigna temporum noſtis, & ſigna de cœlo vaniſſime quęritis; Cur ſignum poſitum intra vos ipſos non conſulitis? Cur ſemotis odio, inuidia, & paſſione, nō iudicatis ſequentes rationis ſignum in vobis ipſis exiſtens, quod iuſtum eſt? Nam vt pulchre dicit Lyra, in illis verbis oſtendit Chriſtus miram conditionem Euangelicę legis, quæ ſi proponeretur ſapienti, qui non eſſet imbutus aliqua lege, & ſimul aliæ leges diuinitus vel humanitus traditæ ei proponerentur: naturali iuditio rationis legem Euangelicam puriorem crederet. Et ita omni ex parte hoc ſignum rationis conſultū clamat, vt nullum præter Chriſtum amatorem admittamus. Et quamuis ſigna & miracula alia non viderimus: hoc ſignum ducet nos ad fidem Euangelii ſolidiſſimam, ſi a nobis met ipſis iudicemus, quod iuſtum eſt. Ecce ergo quale ſit ſignum, de quo beata Agnes loquitur, cuius pulchritudo eſt admirabilis.

*i. Reg. xvi.*

*Seneca epiſt. lxxxij.*

*Luce. xij.*

## CAPVT XVIII.

DECIMVM OCTAVVM ORNAMENTVM *ſunt munditiæ (quæ Hiſpane appellantur afeites) quæ etiam ſicut corporaliter acceptæ ſunt abominandæ in fœminis impudicis, ſic ſpiritualiter ſumptæ (quæ a Chriſto dãtur) ſunt deſiderabiles: & ſponſam nimium ornant & decorant: & adeo ſunt neceſſariæ, ut ſine illis (quæ ornamentum aduenticium ſunt) præcedens (quod erat naturale) parui immo nullius ſit ualoris. Et ſunt fides, & alia quæ in batiſmatis ſacramento dantur, ubi Chriſti ſanguis & paſſio colorem & pulchritudinem animæ infundit, ſine qua omnia alia Deo placere non poſſunt.*

*Munditiæ ſanguinis Chriſti.*

SED VT MAGIS facies animæ noſtræ pulchrificetur impreciabili decore, decimum octauum ornamentum nõ eſt prętereundum, id eſt munditię, quæ Hiſpane vocantur afeites. Quę ſicut corporaliter acceptę ſunt abominandę in impudicis & vanis fœminis, quę eis vtuntur: ſic ſpiritualiter acceptę, quę a Chriſto dantur, optabiles ſunt valde. Et quidem contra priores munditias, qui vult legat beatum Cyprianum in tractatu de habitu virginum, & beatũ Ambroſium in primo libro de virginitate, quia hii bene inuehuntur in eas quę ſunt Iezabelis imitatrices depingentes faciem ſuam. Non enim eſt propoſiti mei de illis loqui: ſed de illis ſpiritualibus, ſine quibus nemo intrabit in regnum cœlorum. Has expreſſit beatiſſima Agnes cum dixit. Sanguis eius ornauit genas meas. O pulchras & veras mũditias, quibus fiunt genę ſponſę ſicut turturis, quibus dũ anima ornatur caſtificatur, etiam ſi ante meretrix fuerit. Et ſine hiis munditiis etiam illud ſignum poſitum in fa-

*Canti.i.*

*Canti.i.*



cie, de quo locuti ſumus in præcedenti ornamento, non placet ſpõſo: nec virtutes quę ſolo lumine ſigni illius fiunt etiam ſi cum aliquo ſpeciali auxilio Dei elliciantur, gratæ poſſunt eſſe Deo. Ideo recte ornamẽtum præcedens quod eſt in hominibus naturale, iſtud ornamentum ſanguinis Chriſti ſubſequi debet, quo illud ſuper exornatur. Hinc eſt quod beata Catherina quãtumcunq; corpore eſſet pulchra, & in anima etiam ſecundum morales virtutes eſſet aliqualiter decora: fœda iudicabatur a Chriſto, qui noluit eam ſibi deſponſare: donec ſanguis Chriſti ornauit genas eius, baptiſmo ſuſcepto. Huius rei pulchra figura eſt in Lęuitico, vbi præcipitur ſacerdoti, vt de ſanguine vituli ponat ſuper cornua altaris thimiamatis: ſuper quod dicit ordinaria, quatuor virtutes ſapientia, iuſtitia, fortitudo, & temperantia, nominantur cornua. Has inunxit deus proprio ſanguine, conſortans ſcilicet maiori & perfectiori virtute: vt poſſint contra aduerſarias poteſtates fortitudineſq; præualere. Hæc ibi. Ex quibus colligitur, quod ſanguis Chriſti vim dat virtutibus noſtris, fortificans, & ex conſequẽti pulchrificans eas. Non eſt enim virtus pulchra niſi dum fortis eſt ad vincendum. Ad hoc idem miſterium attinet, quod in multis Pſalmis, qui præcipua Chriſti & eccleſiæ miſteria continent, vbi titulus eſt, *in finem*, quia ducunt nos ad Chriſtum, qui eſt finis legis ad ſalutem omni credenti: in Hæbreo ponitur lamnaſſeach, pro qua Hieronimus vertit, victori, & in prologo cõmentariorum Danielis vertit, pro victoria. Frater tamẽ Fœlix ex Auguſtini beatiſſimi patris religione valde eruditus, qui Pſalmos ex Hębraico tranſtulit, quos ſummo pontifici Leoni decimo (ſi bene memini) dedicauit; vertit illam dictionem ſic, vincenti vel danti æternitatem, vel effundenti ſanguinem, in quo eſt magnum fidei noſtræ myſterium. Nec enim ſine conſilio Spiritus ſancti effectum eſt,

*Lu.c.iiij.*

*Vide Titelmanum in annotationibus ſuper titulũ. Pſal.iiij*

vt eadem dictio quæ ſignificat Chriſtũ vt leonem vincentem in ſe & in nobis, eadem eũ ſignet, vt effundentem ſanguinem, tanq̃ agnum occiſum, & cruentantem nos, vtiq; ad obtinendam victoriam veram, quæ in ęternitate poſſidetur. Vt ſic in Chriſto vtraq; natura in vna perſona duppli ſignificatione vnius vocis exprimatur, & modus etiam quo vicit, atq; victores nos efficit, nos cruentando, & corona, quam dat victoribus, ſecundũ æternitatem. Hæc ideo dicta ſunt, quia cornua altaris vnguntur ſanguine, vt poſſint præualere & vincere. Et quia hæ munditiæ ſanguinis Chriſti deerant philoſophis, virtutes eorum imperfectæ fuerunt, & debiles, & parum decoræ. Carebant enim fide Chriſti vt in plurimum, idola ad placendum vulgo colentes. At antiquę legis iuſti virtutes habuerũt Chriſti ſanguine rubricatas, & ſi non æque vt nos. Valuit enim eis paſſio Chriſti pręuiſa, & bibebant de ſpirituali conſequenti eos petra, vt Paulus ait. (i.Cor.x.) Ideo ex hac fide fuerunt eorum virtutes fortes, etiam ad martyrium. Vnde pulchre Gregorius Naziazenus dicit in quodam ſermone, quem edidit in laudem Machabeorum. Enim vero occultus & arcanus hic ſermo, mihi tamen omnibus que Dei cultoribus admodum perſuaſus, nullum ex hiis qui ante Chriſti aduentũ occiſi ſunt abſq; fide Chriſti tale quid fuiſſe perpeſſum. Verbũ enim crucis quod poſterioribus ſæculis liberrime Prædicatum eſt, ante etiam ex hiis, qui puriori erant animo, manifeſtabatur. Hæc ille. Et loquitur de manifeſtatione explicita: nam implicite etiam a rudi populo credebatur, quem etiam ornauit ſanguis Chriſti, quę ſub velamine tam multiplicis ſanguinis diuerſarũ hoſtiarum colebant. Valet itaq; ſanguis Chriſti ad fortitudinem præſtandam animæ, & virtutibus eius. Valetq; vt dixi ad eam pulchrificandam. Quod bene ſignatum eſt in Heſter, (Heſter.xv.) de qua legimus, quod ibat coram Aſſuero roſeo colore vultum per



fuſa, & gratis ac nitentibus oculis. Quis enim congruentius roſeus color intelligitur, quam ille, quę præſtant munditiæ ſanguinis Chriſti, dum fide & amore applicatus, ornat genas animæ noſtrę? Quod ſi antiqui hoc ſanguine nõdum effuſo ornabantur, quanto plus nos ornabimur eo, ſi negligentia noſtra non obſtet, qui toti in baptiſmo ſanguine abluti ſumus, & eodem in Sacramento paſcimur & potamur? Vę eis qui ſanguinem teſtamenti polluunt dicentes eum contemnunt, & conculcant: cum vel vna eius gutula ſi genas noſtras ornaret omnem deformitatem a nobis tolleret, & nos gratiſſimos & Deo placentes faceret.

# CAPVT XIX.

DECIMVM NONVM ORNAMENTVM EST *ſpeculum in quo Chriſti ſponſa debet ſeipſam aſpicere, dans intelligere ſanctorum animas & uitã quam præ oculis oportet ſemper habere: & præcipue uirginis Mariæ & Chriſti, de quo oſtenditur, quod quo ad Diuinitatem & etiam humanitatem, opera & actus præcipue in cruce, fuerit perfectiſsimum ſpeculũ. Cuius uirtutes ſi contemplemur ſtatim noſtræ apparebunt menſtruatæ & non uirtutes.*

DECIMVM NONUM ornamentum eſt ſpeculum, (*Speculum.*) in quo debet Chriſti ſponſa ſeipſam aſpicere, vt ad amuſſim perficiatur. Et quidem non ſunt contemnenda illa ſpecula, de quibus in Exodo dicitur, (Exo.xxxviij.) quod fecit Beſeleel labrum æneum cum baſi ſua, de ſpeculis mulierũ, quæ excubabãt in hoſtio tabernaculi. Debent enim haberi in memoria exempla ſanctarum animarum quæ quaſi excubant ad

hoſtium tabernaculi: dum meditantes gloriam quę datur
diligentibus deum, cum exeunt a tabernaculo corporis, cu
piunt diſſolui & eſſe cum Chriſto. Ad literam quoq; illa
ſpecula erant quaſi memoriæ excitantes ad cõtemnendum
omnem ornatum ſeculi. Nam vt Lyra dicit, mulieres de-
uotæ quę veniebant frequenter ad hoſtium tabernaculi, in
ſignum quod nolebant amplius intendere ornatui exte-
riori: obtulerunt illa ſpecula, ex quibus factum eſt labrum
æneum: nam & ſpeculorum capſę erant æneæ. Sunt quidẽ
optima ſpecula vitæ ſanctorum, & præſertim infirmorum
i.Corin.i. mundi quæ elegit deus vt confundat fortia. An non præ-
clarum ſpeculum Agnes, Agatha, Cecilia? Sunt etiam opti
ma ſpecula ſcripturarum dei, ſi non ſis tantum auditor ver
bi & non factor. Si non ſtatim audita veritate abeas poſt
Iacobi.i. vanitatem. Talis enim comparatur viro vultum natiuitatis
ſuę conſyderanti in ſpeculo, qui conſiderauit ſe, & abijt ſta-
tim oblitus eſt qualis fuerit. Aliud eſſe & ſi conſiderans ſe
non abijſſet, ſed permãſiſſet in ſui conſideratione. Sed ſpe-
culum pręcipuum & ſupremum a quo nunquam oculi ani
Sapien.vij. mę ſeparandi ſunt, Chriſtus eſt: de quo ſcriptum eſt, quod
eſt ſpeculum ſine macula dei mageſtatis, & imago bonita-
tis illius. Vndecunq; enim eum contempleris, ſiue ſecun-
dum deitatem, ſiue ſecundum humanitatem, ſpeculum eſt
ſine macula nam quatenus deus eſt, cum tanta perfectione
repreſentat patrem vt ſit eadem eſſentia cum eo, & quate-
nus homo eſt, tam expreſſa imago eſt dei ex ſumma gratia
naturæ ſuperaddita: vt ſua ſacra humanitas perſonetur in
deo. Chriſtus ergo debet eſſe ſpeculum vitæ noſtræ, vt co-
Epiſtol.xi. ram eo quãtum poſſibile eſt componamur. Extat notabi
lis Senecæ doctrina qui iuxta Epycuri præceptum dicit,
quod aliquis vir bonus eligendus eſt, vt ſemper tanquam
illo ſpectante viuamus, & omnia tanquam illo vidente fa-
ciamus. Elige inquit Catonem, aut Lelium. Sed tu ſerue



dei elige Chriſtum Ieſum, quia cum tali exemplari creſcet
omnis ornatus tuus & proficiet, & præcipue augebitur
fulgor coronæ. Nam valde proficit ad humilitatem ſi
iuſtitiæ noſtræ conferantur virtutibus Chriſti: ſtatim
enim apparent menſtruatæ, ſtatim noſtra humilitas ſuæ
comparata videtur ſuperbia, noſtra paupertas ſuæ com-
parata apparet oppulentia. Hinc oritur in anima ſolici-
tudo purificãdi virtutes ipſas, per quã in ſtar Iob offerimus Iob.i.
ſacrificium pro ſingulis filiis: quod ſecundum Grego- Lib.i.moraliũ
rium eſt Deum rogare ne ſapientia eleuet, ne intellectus cap.xxxv.
aberret, ne conſilium dum ſe multiplicat confundat, ne
fortitudo per fiduciam præcipitet, ne ſciencia inflet, ne pie
tas extra rectum vertat, ne timor plus iuſto trepidans deſ-
peret. Sic poteſt exemplificari de omnibus virtutibus no-
ſtris quę ſunt imperfectæ & impuræ vel excedentes me-
dium vel ab eo deficientes. Quæ coram hoc ſpeculo per
ficiendæ ſunt, & licet vbicunq; & in quocunq; actu vitę
ſuæ Chriſtus conſideretur eſt perfectiſſimum ſpeculum:
præcipue tamen in cruce eſt hoc ſpeculum inſpiciendum,
vt faciamus ſecundum exemplar, monſtratum in monte
Caluario, vbi ſplendet virtutum omnium ſumma in gra-
du ſummo. Nec multis ad hoc verbis egemus, cum hoc
etiam lapides clament: conſumatum eſſe in Chriſto cruci-
fixo omne munus virtutis & conſumatam eſſe ibi omnem
iuſtitiam in tam Heroico gradu, vt omnem capacitatem
intellectus noſtri ſuperexcedat. Illę enim tenebrę, quæ Mat.xxvij.
Chriſto patiente factę ſunt, tenebras eminentes & diuinam
quandam caliginem ſignificant, ſuper excedentis lumi-
nis virtutum omnium, quę ſunt in cruce. Nam ſicut dici- Pſal.xvij.
tur poſuiſſe tenebras latibulũ ſuum deus quia nobis eſt in
comprehenſibilis: ita quia ſplendor virtutũ Chriſti cruci
fixi incomprehenſibilis nobis eſt: quaſi in tenebris poſuit
latibulum ſuum, quas vt dixi, illæ tenebrę figurabant, quę

vſq; ad horam nonam Chriſto patiente permāſerunt.
¶Ecce ornamēta vt potuimus pro ruditate intellectus no
Hiere.ij. ſtri explicuimus ex parte: nunc libet quęrere cū Hieremia,
Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa fa
ſciæ pectoralis ſui? Certe ornatus corporalis ſponſa, quæ
ſpōſo cupit placere, & eum ad ſe inclinare nō obliuiſcitur:
& tamē ornatus ſpiritualis cito obliuiſcimur. Audi ꝙ ama
Hiere.ij. ram conqueſtionē facit ſuper hoc Deus per Hieremiā in
eodem capitulo. Ait enim: omnes dereliquiſtis me, dicit
dominus. O verbū flebile & pungitiuū: omnes dereliqui-
ſtis me. Licet ego vt non vos derelinquerē, reliqui domū
meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animam
Hiere.xij. meam in manus inimicorum meorum: licet in quam ego
a patre in cruce derelictus ſum, cum ſim filius eius dilectiſ
ſimus: ne vos ſeruulos derelinquerem in æterna miſeria,
omnes me dereliquiſtis, quę veſtra ſunt quęrētes, non quæ
Hiere.xvi. Ieſu Chriſti. Dereliquiſtis enim me fontem aquarum vi-
uentium, pro ciſternis diſſipatis, quæ continere non valēt
aquam. Sequitur. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſcipli-
nam nō receperunt. Fruſtra humilitate mea percuſſi ſuper-
biam veſtram, paupertate mea auaritiā veſtram, aſperitatæ
vitę meæ luxuriam veſtram, charitate mea inuidiam ve-
ſtram, deniq; operibus meis opera veſtra, & vitia veſtra.
Fruſtra inquit percuſſi, quia diſciplinam non receperunt.
Quod ex vobis eſt, fruſtra in mundū veni, fruſtra paſſus,
& crucifixus, & mortuus ſum: ex quo non ſequuta eſt mo
Ezechi.xxiiij. rum veſtrorum emēdatio. Hoc eſt quod alibi dicit. Multo
labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius:
ſed nec per ignem immunditia tua execrabilis, eo quod
mundare te volui, & non es mundata a ſordibus tuis. Fru-
Danieli.ij. ſtra percuſſi filios veſtros, quia licet ego, quaſi lapis abci-
ſus de monte ſine manibus, percuſſi ſtatuā mundanæ vani-
tatis: vos qui me dereliquiſtis iterū eam erigere conamini.



reedificantes quæ ego deſtruxi. Sequitur. Deuorauit gla-
dius veſter prophetas veſtros: tum quia prędicatores qui
vobis veritatē enunciant non receperitis, ſed lingua veſtra,
quæ eſt quaſi gladius acutus, eos deuoratis: tum etiam quia
ipſas inſpirationes a me miſſas, quę ſunt quaſi Prophetę, an
nunciantes vobis futura, vt nouiſſima prouideatis, operi-
bus veſtris occiditis. Aliqui etiā a fide apoſtatantes, & per
nicioſiſſima dogmata defendentes deuoratis Prophetas:
dum dicta Prophetarū & Apoſtolorū falſe exponentes,
omiſſo ſenſu ſpiritus ſancti, ad veſtras impias doctrinas
retorquetis. Ita vt quaſi leo vaſtator ſit generatio veſtra. Vi-
dete verbū domini. Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli,
aut terra ſerotina? Id eſt, nunquid ſum ſterilis, quaſi ſolitu
do deſerti ad reddendum fructū colentibus me, aut ſaltem
hunc fructum reddo ſerotinum, & tardum qui non tam
ſuauis eſt ſicut matutinus? Abſit. Nam exiguum & leue, & ij.Corin.iiij.
momentaneum tribulationis veſtræ: æternum glorię pon
dus operatur in vobis, & ſi ad modicum & ad momētum Eſai.liiij.
dereliqui te: in miſerationibus ſempiternis recordatus ſum
tui, nec ſunt condignę paſſiones huius temporis, id eſt om Ad Ro.viij.
nes paſſiones, quæ tempore menſurantur, ex quo tempus
eſſe cępit, vſq; quo tempus non erit amplius ad culpā, quæ
dimittitur, nec ad gratiam quę immittitur: nec ad gloriam
quæ promittitur. Nec poſſum eſſe terra ſerotina, qui mu-
nera mea corono & interim etiam in hac vita abundanti
conſolatione ſeruos meos reficio. Dic tu Agnes beatiſſi-
ma, an ſim terra ſerotina vel ſolitudo? Eam rogo audite.
Oſtendit inquit mihi theſauros incomparabiles, quos
mihi ſe donaturum, ſi in eo perſeuerauero repromiſit. Ab
eo iam mihi thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa
modulatis vocibus reſonant. Iā mel & lac ex eius ore ſuſce
pi, quaſi ex fertiliſſima terra promiſſionis, tā in guſtu hu-
manitatis, ꝙ deitatis. Iam amplexibus eius caſtis aſtricta

ſum. Iam in hac vita corpus eius corpori meo ſociatum, ſacra euchariſtię communione, & perfecta in eum incorporatione. Quem cum amauero, caſta ſum: cum tetigero, munda ſum: cum accepero, virgo ſum. Nec deerunt poſt nuptias filii, vbi partus ſine dolore ſuccedit, & fęcunditas quotidiana cummulatur: Hęc Agnes. Nunquid videor vobis ſolitudo, aut terra ſerotina? Nimirum iſtę ſunt delitię

Ezechi. xvi.

de quibus per Ezechielem dixi. Ornata es auro & argēto & veſtita es byſſo & polymito, & multis coloribus. Similam, & mel, & oleum comediſti: & decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum, & egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te: dicit dominus deus. Etenim in hac vita hęc tribuo ne reputer ſolitudo, aut terra ſerotina. Quod cū ita ſit (ſequitur in Hieremia.) Quare ergo dixit populus meus receſſimus, non reuertemur vltra ad te? Nunquid tam tyranum & oppreſſorem me experti

iiij. Eſdræ. i. c

eſtis. Tam durū & immiſericordem, vt ex quo receſiſtis a me nolitis vltra reuerti? Nō vos ego rogaui, vt pater filios, & mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos, vt eſſetis mihi in populū & ego vobis in deum, & vos mihi in filios & ego vobis in patrem? Ita vos collegi vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Quare ergo dixit populus meus receſſimus, non reuertemur vltra ad te? Nunquid qui dormit, in peccato non adiiciet vt reſurgat? Num quid non brachiis extenſis

Pſal. xl.

expecto vos? Numquid nō inclinato in cruce capite voco? Num quid non aperto in cruce latere intra ſinum & cor

Eſa. xxxi.

meum recipio vos? Quare ergo non conuertimini? ſicut in profundum receſſeratis filii Iſrael, quare non auditis legatum meum a latere Paulum, nuncium cordis mei di-

ij. Corin. v.

centem? Itaq; in nomine Chriſti legatione fungimur, tanquam deo vos obſecrāte per nos, rogamus pro Chriſto, re-

Sermone. v. de lapſis.

conciliamini deo. Sic etiā ſeruus meus Cyprianus lapſos



orabat dicens. Rogamus vos, vt pro vobis deum rogare poſſimus. Præces ipſas ad vos prius vertimus, quibus deū pro vobis, vt miſereatur, oramus. Agite penitentiam plenam. Vos quippe rogandi eſtis, qui non vultis reuerti. Ecce enim quod ex me eſt volo, qui ad hoc tantum vitam vobis in multa patientia tribuo, vt reuertamini ad me. Quare ergo dixit populus meus receſſimus non reuertemur vltra ad te? Num quid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? non vtiq; obliuiſcetur. Populus autem meus oblitus eſt mei diebus innumeris, quod dolorem valde aggrauat. Oblitus inquit eſt mei. Quid eſt mei? Latet enim ibi emphaſis ineſtimabilis dignitatis quę eſt in perſona Dei, & inæſtimabilis largitatis & charitatis eius. Oblitus eſt mei inquit, qui ſum omne bonum in me ipſo, & tribuo eis omne bonū a me ipſo, & pertuli in mūdo omne malū propter ipſos: immo & ab ipſis. Oblitus eſt mei ſudoris, meæ paſſionis, & mei doloris. O verba pungitiua. Dolenter enim pronunciandū eſt, & audiendū, quod dicit, oblitus eſt mei, nō vno die tantū, ſed diebꝰ innumeris. Sic olim prophetauerat Moyſes loquēs de illo dilecto, qui poſtq̄ impinguatus, & incraſſatus & di- Deut. xxxij.

latatus eſt, recalcitrauit. Deū inquit q te genuit dereliquiſti, & oblitus eſt domini creatoris tui. Vbi teſte Lyra ſecundū aliquos Hæbreos habet, deū qui te naſci fecit debilitabis, & obliuiſceris Deū doloratū tuū. Quę ſunt verba notāda: nam licet deus ſit omnipotens, quia tamē nō diſpoſuit ſaluare nos ſine nobis, debilitatur cum vires voluntatis noſtræ ab eo tollimus, cū quibus nos liberaturus erat, & cum adeo ingrati ſumus vt obliuioni tradamus crucem eius, in qua ipſe Deus verus fuit pro nobis doloribus plenus, iterum eum crucifixentes operibus noſtris. Et quia dum integra voluntate Deum non amamus, vere eius obliuiſcimur, & eum debilitamus (licet aliquibus deſideriis,

*Hoc dicit Lyra ſuper id actuū xxvi. Si paſſibilis Chriſtus, aſſerens quod ſecundū doctores antiquos Hæbreorum illa eſt litera.*

bonis quidem ſed non plenis, aut perfectis, nos ipſos excu ſemus, & quaſi nobis blandiamur, quaſi non ſit deo diſpli cens vita noſtra, ex quo talia deſideria habemus) ſequitur: quid niteris bonam oſtendere viam tuam, ad quærendam dilectionē, quaſi digna ſit dilectione mea: quæ inſuper & malicias tuas docuiſti vias tuas, & in alis tuis inuetus eſt ſan guis animarū pauperū & innocentū? Qui enim male viuē do exemplo noſtro, aut negligentia noſtra pauperes occidi mus, qui culpa noſtra pereūt: fuſtra nitimur oſtēdere bonā viā noſtrā. Qui præpoſiti ſunt ſiue ſpirituali ſiue tēporali iuriſdictione, qui deberēt eſſe quaſi alę ſub quibus pauper culi protegerētur, quos tamen dum non defendunt, occi dunt: fruſtra nituntur oſtendere viam ſuam bonam, cum ſit via peſſima, & obliuione Dei plena. Alias cōqueſtiones proſequitur Hieremias, quę ex prędictis ſic patent, vt ex poſitione non indigeant: quæ non ſunt in ſententia diſſi
Cap. xvi. miles eius, quas ponit Ezechiel, ex quo commemorauit ornamenta, quæ deus dedit Hieruſalē, cum dicit. Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata eſt in nomine tuo & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres. Et alia proſequitur, quibus oſtenditur, quod popu lus eius oblitus eſt Dei diebus innumeris, & oblitus eſt ornamentorum Dei. O quam flenda eſt hæc obliuio, qua contemptis ornamentis Dei, magna ambitione & ſolicitu dine, quærimus ornamenta illius meretricis magnæ quæ
Apo. xvij. in Apocalypſi deſcribitur circundata purpura & coccino & inaurata auro & lapide pręcioſo & margaritis. Cum hac enim fornicati dicuntur reges terre, & inębriati, qui habitant terram de vino proſtitutionis eius. Nec attendi mus eius miſerabilem caſum: cum veniet tempus illud de
Apo. xviij. quo Ioannes ait. Væ væ ciuitas illa magna quæ amicta erat byſſo & purpura & cocco, & deaurata eſt auro & lapide præcioſo & Margaritis: quoniam vna hora deſtitutę ſunt



tantæ diuitiæ. Hanc deſtitutionem & miſerabilem caſum
falſorum ornamentorū mundi promiſit deus per Eſaiam Eſa. iij.
dicens. Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Syon, & ambulaue runt extento collo, & nutibus oculorū ibant, & plaudebāt & ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incede bant: decaluabit dominus verticem filiarū Syon, & Dn̄s crinem earū nudabit. In die illa auferet dominus ornamē tum calciamentorū, & lunulas & torques, & monilia, & ar millas, & mitras, & diſcriminalia, & perychelides, & mure nulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendētes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſyndones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro cri ſpanti crine caluicium, & pro faſcia pectorali cilicium. O ſi hæc verba attenderent, qui contemptis ornamētis Chri ſti meretricios ornatus mundi in varijs deſiderijs cordis
ſui ſequuntur. O ſi inſpicerēt quid profuit Iezabeli, ꝙ in iiij. Reg. ix.
troitu Iehu audito depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum vt reſpiceret per feneſtram ingredientē Iehu: cum cito inde præcipitata ſit, et a canibus deuorata. Et erāt (inquit ſcriptura) carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciē terræ. Vere ſecundum nomen eius, ita & ornatus eius. Nam Iezabel inſula ſterquilinij interpretatur, vel væ ſter quilinio. Et bene væ ſterquilinio, quia fere nihil eſt, quod in terra eſt paſſa, in cōparatione eorum, quę in inferno pa
titur, vbi cum diuite epulone, qui induebatur purpura & Lucæ. xvi.
byſſo & epulabatur quotidie ſplendide ſepulta eſt. O ſi nunc aſpiceremus oculis mentis, qualiter in inferno veſtiū tur, qui ornamenta Chriſti ſpernentes, quæ mundi ſunt amauerunt. Accipiunt enim ibi camiſias ex pice & reſina ardentibus, & pro faſcia pectorali cilicium, tunicas quoqꝫ ferri & æris ignitas, & pro zona funiculos ex anguibus vo rantibus factos, pro monilibus viperas & ſerpentes, pro

annulis vermes mordentes. Vbi ignis ſulphur & ſpiritus
procellarũ pars calicis eorũ. Nec mihi ſi linguę centũ ſint
oraq; cẽtũ, ferrea vox, omnia pœnarũ percurrere nomina
Pſalm.xx. poſſem. Quis enim explicet eorum mundicias, qũ facies
eorum ſupra omnem nigredinem fœdatur? O qualis eſt il
la facierum pictura, quã conſiderans Dauid dicebat. Quo
niam pones eos dorſum, in reliquijs tuis præparabis vul
tum eorum. Quaſi dicat. In reliquijs peccatorũ quę ſunt
velut feces vini delitiarum quod in hoc mundo potaue-
runt, cum vultum ſuum exhibuerint tibi venientes ante
te, miro modo aptabis horrorem, atq; diſpones facies eo-
rum confuſionem mortis & damnatiõis, quæ illis ex ope-
ribus ſuis relicta eſt, velut ſuperducturus ſuper facies eorũ.
Hęc ſi conſideraremus, non obliuiſceremur ornamentorũ
Chriſti: & præcipue ſi contemplaremur q̃ magno pręcio
ea nobis comparauit. Nam vt verum fatear, vt nos camiſ-
ſiam illam fidei haberemus ipſe, in veſte alba ab Herode
illuſus, ſilentio ſe abſcondit, occultans mageſtatem ſuam:
nec vllum ſignum coram eo faciens. Et vt nos faſciam pe-
ctoralem habere diſcamus: in ſollicita cordis cuſtodia: ip-
ſe pectus ſuum non tantum permiſit in cruce diſtendi diſ-
ſoluta oſsium harmonia, ſed & demũ lãcea latus eius vſq;
ad cor apertum eſt: vt ſecuri nidificemus in cauerna mace
riæ. Vt nos habeamus veſtitum charitatis ipſe in veſte pur
purea irriſus eſt. Vt nos habeamus caſtitatis cingulum: ip
ſe ligatus ad columnam & aſperrime flagellatus eſt. Vt nos
habeamus calciamenta & ſandalia in pedibus: pedes ſuos
duris clauis perforare permiſit. Vt haberet ſpõſa eius mi-
tram prudentię cum velamine ſimplicitatis columbinæ:
ipſius caput & facies velata ſunt, & quaſi ſtultus & mendax
propheta irriſus eſt. Vt ſponſa eius pallium haberet pacien
tię: ipſe pluries ſpoliatus eſt & demum nudus pependit, &
diuiſerunt milites veſtimenta eius, & ſuper veſtem eius mi



ſerunt ſortem. Vt nos habeamus vmbellam diuinę perfe-
ctionis: ipſe ſuo ſe auxilio nudauit, vt non tantum a ſuis diſ
cipulis, ſed ab angelis, & a patre, & a ſe ipſo in cruce dere-
linqueretur, ita vt clamaret. Deus deus meus vt quid dereli
quiſti me? Et ventis & ardori ſolis expoſitus pependit (niſi
ipſe ſol radios retraxiſſet, ne eius ſitim ſuo calore augeret
e cœlo, cui e terra non niſi fel & acetum ad eam extinguen-
dam propinari videbat). Vt nos habeamus inaures: ipſe
factus obediens vſq; ad crucis mortem, grauiſsimas audi-
uit contra ſe blaſfemias. Vt collum noſtrum torquibus &
varijs monilibus ornetur: ipſius collum colaphizatũ eſt
& vinculis ligatũ aſperrimis, & crucis onere preſſum, cum
erratica oue onuſtum erat. Pro omni ornamẽto manuum
noſtrarum, manus eius diris clauis affixę ſunt, & quaſi nõ
ſatis eſſent afflictæ dum ligarentur, & irriſę dũ pro ſceptro
arundinem habuiſſet in dextera, demum extentæ & crude
liſsime perforatę ſunt. Vt nos humilitatis corona orne-
mur: ipſe ſpinea corona coronatus eſt. Vt ſeruemus ſignũ
faciei illęſum, nec aliũ pręter eũ amatorẽ admittamus: ip-
ſe cõſputus, & alapis cęſus eſt. Vt honeſtiſsimas habeamus
mundities ſanguinis ſui in abundantia: non ſolum eũ in
paſsione effudit, ſed etiam anteq̃ comprehenderetur fa-
ctus eſt ſudor eius quaſi guttę ſanguinis decurrentis in ter
ram, & poſt paſsionem & mortem de latere eius effluxit
ſanguis & aqua. Et vt ſit tibi continuum ſpeculum, altior
latronibus ſuſpenſus clamat. Inſpice, & fac ſecundũ exem
plar quod tibi in monte monſtratum eſt. Rogo ergo vos
nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui? Quod phas,
quod ius, quę lex, quæ ratio fert: vt ornamenti tam prę
cioſi, & tantis Chriſti laboribus empti virgo obliuiſ-
catur? Certe licet huius ornatus obliuiſcantur filij huius
ſeculi: non tamen obliuiſcitur quæ virgo eſt, quæ ſponſa
Chriſti eſt, quæ fidelis eſt; ſed eo ornat̃ & cuſtodit: ne in de

Deut.c.viij. ſerto huius vitæ veteraſcat, ſed ſicut de veſtibus filiorum
Iſrael legimus: quod non ſunt attritæ in deſerto, illæſum
perpetua nouitate ſeruetur: immo ſemper conatur, vt ſem-
per fulgor totius ornatus accreſcat, quo anima ſpecioſior
ſit ſole & luci comparata inuenitur prior. Quis enim dice
re ſufficiat quam pulchra eſt Chriſti ſponſa tali ornamen
to circundata. Non mihi ſatis eſt talem ſponſam compara
re pellibus Salomonis: ſcio enim ꝙ nec Salomon in omni
gloria ſua indutus eſt ſicut vna ex hijs, quæ ſponſæ Chri-
ſti eſſe meruerunt. O q̃ decora eſt talis anima. Non imme-
rito etiam a finibus terræ ire deberemus ad cõtuendã talis
animę pulchritudinẽ. Valde enim eſt proficua & optabilis
iuſtæ animæ præſentia. Vnde beatus Ambroſius pulcher
Sermone.x.ſu rime dicit, exponens id pſalmi. Qui timent te, videbũt me
per Pſalmum & lętabuntur, quia in verba tua ſuper eſperaui. Timentes
cxviij. deum ſanctorũ dicit cognitione lętari. Qui enim videt iu
ſtum & gaudet, etiã ipſe vult eſſe iuſtus. Pulcherrimum eſt
enim vt in alijs delectet, quod vult ipſe in ſe ſeruare, ſi poſ-
ſet. Et infra. Propterea deniq; Paulus Apoſtolus aſcendit
Ad Gala.i. Hieroſolimã, vt iuſtos videret, & cũ Petro manſit diebus
quindecim, vt ex eius aliquid cohabitatione proficeret.
Actuum.xv. Propterea ipſe Paulus & Barnabas cum Hieroſolimam in-
græderentur, magnifice excipiebantur ab eccleſia, ab
apoſtolis, & maioribus natu: cum autem abire vellent
Actuum.xx. nediſcederent rogabantur, vt poſtea de Paulo legimus, ꝙ
cum lachrimis deducebatur. Nam ſi eſt tanta vis in natura
libus, vt animal viſum proſit ictericis, ita vt mortui quoq;
Auis eſt corcei cornu eius animantis prodeſſe dicatur, ſi fuerit demõſtra
coloris quæ I- tum hijs qui huiuſmodi inciderint paſsionem: dubitare
cterus ſiue gal poſſumus quod iuſti ſanet aſpectus: ergo vile animal irra
bula dicitur. tionabile tantam virtutem habet, vt ſanare poſsit homi
de qua Plinius nem momento exiguo, quid igitur homo iuſtus, ſi cum
lib.xxx. ca.xi. fide ab eo conſpiciatur, qui vtilitatem ab eo percipere



deſiderat, nihil cõferet? Num nõ vel ipſi oculorũ radij vir
tutem quandam videntur infundere hijs, qui fideliter eum
videre deſiderant? Et infra. Sicubi audimus iuſtum, feſtine
mus videre: ſicut illa mulier quæ audiuit in domo phariſei
diſcumbere dominum Ieſum. Hæc & alia dulciter & vtili
ter dilatat Ambroſius, oſtendens ꝙ eſt virtus in oculis iu-
ſti, & docẽs quomodo videndus eſt ſecundum imaginem
dei: quia quod foris eſt nihil prodeſt. Quæ nõ ſunt ad pro
poſitum noſtrum incõgrua, vt videamus quam optabi-
lis ſit animæ ſic ornatæ præſentia. Lege beati Hieronymi
ad Paulinum epiſtolam, vbi narrat de hijs qui luſtrauerũt
prouincias, & nouos adierunt populos, & tranſierunt ma
ria vt coram viderent quos ex libris nouerãt. Sic Pitha-
goras nemphyticos vates, & Plato Aegyptum peragra-
uit, Ad Titum Liuium ex vltimis Hiſpaniæ Galliæq; fi-
nibus Romam ibant multi nobiles. Omitto diſcurſus
Apollonij, quos ex Philoſtrato adducit. Sufficiant nobis
exempla ſanctorũ. Eugenius a Toleto vſq; ad Parriſios
ibat, vt videret Dyoniſium. Dyoniſius ab Athenis Romã
vſq; ibat, vt videret ſuum magiſtrum Paulum. Paulus Hie
roſolimam aſcendit videre Petrum, vt Ambroſius ſupra re
tulit. Nos etiam ſi in ianuis ſit qui nos in via dei proficere
doceat, ad eum ire pigritabimur, inſtar ſcribarum qui ve-
nientibus ab oriente Magis ad Chriſtum, ipſi immobiles Math.ij.
quaſi lapides manſerunt, quos regina Auſtri in iudicio cõ
demnabit. Hæc ideo dixi vt clareat q̃ optanda ſit præcio-
ſa præſentia animę quæ tam decoro ornatu ſplendet: & q̃
magis optanda ſit eius immitatio vt nos quoq; ſimilibus
ornamentis induti, ad feſtum nuptiale ęternę gloriæ præ-
paremur quã omnibus nobis tribuit Ieſus optimus ma-
ximus qui eſt ſuper omnia benedictus deus Amen.

COMPLVTI
EXCVDEBAT IOAN
NES BROCARIVS ANNO
VIRGINEI PARTVS MILLE-
SIMO QVINGENTESIMO QVA
DRAGESIMO OCTAVO. MEN.
SE NOVEMBRI.

UNIVERSITARIA
DE
GRANADA